nũcis regnũ dei.⁊ hoc est chri stum redimere. Quicũq; enim fructuose verbũ dei predicat lucratur fratrẽ suũ ⁊ redimit in fratre xp̄m. Math. xxi. Qḋ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Sed mater .i. mundus nō permittit hoīem sequi xp̄m in paupertate: sed promittit diuersa et allegat. Non possũ viuere in abstinē tia si eligas viā penitentie vt sequaris xp̄m. ⁊ sic de multis que homini pponit sed nō cō sentiēs ei. Uere mater ista ce= ca est. ipa dicit tibi. Fruamur bonis que sũt et vtamur crea tura tanq̄ in iuuētute celerit sed carissime si tu es bonus ⁊ gratus filius responde sic ma tri.i.mũdo. Pater me⁹ est pri cipalis causa gn̄atōis mee .i. aīe ⁊ oīa q̄ habeo ad ei⁹ volũ= tatē sunt. sed mater est causa secũdaria.i.patiēs: hoc est di uitie ⁊ supbia hui⁹ mũdi. Cō= sulo vt nō expectes senectutē in penā et cecitatē: quia in se= nectute mundus relinquet te tu nō mũdũ. si diutius posses seruire sibi ipse te retineret.

Studeamus ergo cũ omni di ligentia vitam nostrā emēda re q̄ possimus ad vitam eter= nam peruenire. ad quam nos perducat deus: qui viuit. ⁊c.

¶ De vita sācti alexi filij eu= femiani impatoris. Ca.xv.

Quidam imperator erat in cuius imperio. s. in ci= uitate romana fuit quidam iuuenis nomine Alexius fili⁹ Eufemiani nobilissimi roma= ni. et in aula imperatoris pri mus. Cui tria milia puerorũ assistebāt et zonis aureis cin gebant: et vestimentis sericꝭ induebantur. Erat autem p̄= dictus eufemianus valde mi sericors: et singulis diebus in domo sua tres mense paupe= ribus orphanis peregrinis et viduis parabātur quib⁹ ssren nue seruiebat: et hora nona ipse cum viris religiosis cibũ in timore dn̄i capiebat. Cui vxor nomine abael eiusdem religionis ac propositi erat. Cum autem filium nō habe= rent ad preces tamē suas do minus cōtulit eis filium post quem ipsi deinceps in castita= te viuere firmauerũt. Tradi= tur igitur puer liberalibus di sciplinis imbuendus: cum oī= bus ph̄ie artib⁹ ipse floreret: et iam ad puberem etatē ve niens puella de domo impe= riali eligitur et ei in cōiugem copulatur. Uenit nox in qua cum sponsa suscepit secreta si lentia. tunc sanctus iuuenis sponsam suam cepit in dei ti= more instruere ac ipsā ad vir ginitatis prouocare pudorē. deinde anulum suū aureum

et caput balthei quo cingeba-
tur sibi seruandū tradidit di-
cēs. Suscipe hec & sua donec
deo placuerit: & dñs sit int' nos
Post hec de substātia sua ac-
cipiēs ad mare discessit. Ascē
dēsq; occulte nauim laodiciā
vsq; aduenit. inde pergens in
edissam ciuitatē syrie pfect⁹
est. Ubi imago dñi nostri iesu
xpi sine hūano opere facta in
syndone habebatur. Quo per
ueniens omnia que secū detu
lerat pauperib⁹ distribuit: et
vestimenta vilia induēs cum
ceteris pauperibus in atrio
dei genitricis marie sedere ce
pit: et de elemosinis q̄tum si
bi sufficere pot'at sibi retine-
bat. cetera vero alijs paupi-
b⁹ erogabat. At pat' decessū fi
lij igemiscēs p vniuersas mū-
di ptes pueros suos misit qui
eū inq̄rerēt diligēt'. Quoꝝ dū
aliq̄ ad ciuitatē edissā uenis
sent ab eo cogniti minime eū co-
gnoscētes eidē cū ceterꝭ pau
perib⁹ elemosinas tribuerūt.
quas ille accipiēs deo grās
egit dicens. Gratias ago tibi
dñe: q2 a seruis meis elemosi
nā recipere me fecisti. Reuersi
pueri nūciant q2 nusq̄ repiri
valeat. Mater igit' sua a die
recessus sui saccū in pauimē-
to cubilis statuit. vbi eiulās
lamētabiles voces dabat di-
cēs. Hic semp i luctu manebo
donec filiū meū recuperauero
Sponsa vo ad socrū suā dixit
Donec audiā de sponso meo
dulcissimo adinstar turturis
manebo tecū. Cū ergo alexi⁹
in predicto atrio .xvij. annis
in seruitio dei pmāsisset: ima-
go tādē beate virginis q̄ ibidē
erat custodi ecclie dixit. Fac
introire hoiem dei: q2 dignus
est regno celorū et sp̄us dei re
quiescit sup eū. Nā oratio ei⁹
sicut incēsum in cōspectu dei
ascēdit. Cum autē custos de
quo diceret ignoraret iteꝝ di
xit ei. Ille q̄ sedet foris i atrio
ipse est. Tunc custos festinus
exijt & ipm in ecclesiam duxit
Qd factū cū cūctis innotesce
ret & ab oibus venerari cepis
set humanā gloriā fugiēs inde
recessit. Ibiq; nauim ascēdēs
cū in tarsum sicilie vellet pge
re dispensāte deo nauis a vē-
toꝝ pulsatiōe in romanū por
tū deuenit. Qd cernēs alexi⁹
ait intra se. In domo patris
mei ignot⁹ manebo nec alte-
ri onerosus ero. Patrem vero
a palacio redeūtē multitudi-
ne obsequentium circundatū
obuium habuit ac post eum
clamare cepit. Serue dei me
pegrinū in domo tua suscipi
iubeas & de micꝭ mēse tue nu-
triri facias vt tui q̄q; pegrini
dñs digneť misereri. Qd audi
ens pat' ob amoreꝫ filij sui eū

suscipi iussit et locum pprium
in domo sua tribuit et cibum
de mensa sua constituit ⁊ mi-
nistrū pprium delegauit Ipse
autē in orōnibus pseuerabat
et corpus suū ieiunijs mace-
rabat. Famuli autē domus
ipm deridentes aquam vten
filiū domus super caput eius
freqter fundebāt sed ipse ad
oīa valde patiens erat. Alexi
us .xvij. ānis in domo patris
eius ignotꝰ manebat. Uidēs
ergo p spm q terminꝰ vite ap
propinqret cartā cū attramē
to petijt et totū ordinem vite
sue scripsit. Dnica igitur die
post missarū solennia in san-
ctuario de celo vox itonuit di
cens. Uenite ad me oēs q la-
boratis ⁊ onerati estis ⁊c. Qd
audiētes oēs in facies suas
ceciderūt. Et ecce vox scdo di
cēs. Querite hoīez dei vt oret
pro roma. Querētibus illis ⁊
minime inueniētibus iterū di-
ctū est. In domo eufemiani q
rite. Requisitus ille nichil se
scire dicebat. Tūc imperato-
res archadius ⁊ honoriꝰ vna
cū summo pōtifice innocētio
ad domū pdicti viri venerūt ⁊
ecce vox ministri alexij ad do
minū suum venit dicēs. Uide
dñe ne ille peregrinus noster
sit qui magne vite ⁊ patiētie
hō est. Currēs igit eufemia-
nus eū defunctū inuenit ⁊ vul-
tū eius tanq vultū angeli ru
tilantē vidit voluitq cartam
quā in manu hēbat accipere
sed nequit. Exeūte ergo eo cū
hoc ipatoribꝰ ⁊ pontifici retu
lissz ⁊ illi ad eū itrassent dixe
rūt. Quis pctōres sumus: ge-
rimꝰ tn regni gubernacula et
habemus curā vniuersalē re-
giminis pastoralis. Da ergo
nobis cartā vt sciamus q in
ea scripta sunt. ⁊ accedēs pō
tifex cartā in manu sumpsit
et statim dimisit. fecitq eā le
gi corā oīni pplo ⁊ multitudi
ne et patre eius. Eufemianꝰ
hoc audiēs nimio timore cō-
turbatus resolutisq viribus
in terrā cecidit. Cū vero ad se
aliquātulū redisset vestimen-
ta sua scidit: cepitq canos
capitis sui euellere: barbā tra
here atq semetipm discerpe
ac sup filiū suū corruēs excla
mauit. Heu me fili mi quare
me sic ɔtristasti ⁊ p tot annos
dolores et gemitꝰ ac suspiria
incurristi. Heu me miserrimū
qꝛ video te custodē senectutis
mee in grabato iacentē ⁊ non
mihi loquentē. Heu me qua-
lē decetero ɔsolationē habe-
re potero. Mater vero hoc au
diēs quasi leena rūpens rhe-
te ita scissis vestimentis coma
dissoluta ad celū oclos leua-
bat. ⁊ cū pre nimia multitudi
ne ad sanctū corpus adire nō

possꝫ: clamauit dicēs: Date mihi aditū vt videā ꝯsolatio= nē aīe mee q̄ suxit vbera mea et cū puenissꝫ ad corpus incū bens sup illō clamabat. Heu me fili mi carissime lumē ocu loꝝ meoꝝ quare sic nobis fe= cisti ꝛ quare tā crudelit nobi= scū egisti. Uidebas patrē tuū et me miserā lachrymātes et non ostēdebas teipm̄ nobis. Serui tui iniurabant tibi et sustinebas. Et iterū atqꝫ ite= rū ꝓsternebat se sup corpus: et nūc brachia sup illud extē debat: nūc aūt manib⁹ vultū angelicū ꝯtrectabat et oscu= lās clamabat. Plorate mecū oēs q̄ adestis qꝛ p. xvij. ānos eū in domo mea hūi ꝛ non co gnoui: qꝛ vnic⁹ me⁹ esset. Fui eni ei⁹ ꝯuiciabant ei: alapis eū pcutiebāt. Heu me qs da= bit oculis meis fontē lachry marū vt plangā die ac nocte dolorē aīe mee. Sponsa vero eius īduta veste adriatica cu currit plorās dicēs. Heu me qꝛ hodie desolata sum et ap= pareo vidua. iā nō habeo in quē ꝓspiciā. nec in quē ocl'os meos levē. nūc raptū est spe= culū meū. ꝑijt spes mea. āmo do īcepit dolor q̄ finē non ha= bet. Popul⁹ aūt audiēs hec lachrymabilit flebat. Tunc pōtifex cū īperatorib⁹ posue rūt corpus in honorato fere= tro ꝛ duxerūt in ciuitatē me= diā. ꝛ nūciatū est pp'lo inētū esse hoiem dei quē ciuitas to ta q̄rebat et oēs obuiā curre= bant facto. Si qs īfirm⁹ illud corpus sacratissimū tāgebat protinus curabat. Ceci visuꝫ recipiebāt. Demoniaci libe= rabant et oēs infirmi a qua= cūqꝫ īfirmitate detenti tacto copore curabāt. Impatores tāta miracula videntes cepe rūt p se cū pōtifice lectū por= tare vt ꝛ ipi sactificarēt ab eo dē corpe sctō. Tūc impatores iusserūt copiā auri ꝛ argēti in plateis spargi vt turbe occu= parent amore pecuniaꝝ ꝛ si= nerēt corp⁹ sctm̄ pduci ad ec= cl'iam. sed plebs amore pecu niaꝝ deposito magꝭ ac magꝭ ad tactū sctissimi corporis ir ruebat et sic cū magno labo= re ad tēpluꝫ sancti bonifacij martyris tandē ipm̄ pduxerūt ꝛ illic p septē dies ī laudib⁹ di gsistentes opari sūt monumē tū ex auro et gēmis p̄ciosisqꝫ lapidib⁹. in quo sctissimū cor pus cū magna veneratōe col locauerūt. De ipso qꝫ monu= mēto ita suauissim⁹ odor fra= grauit vt omibus videret aro matibus plenū. Obijt circa annū dñi. ccc. xxviij.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Eufemianus iste pōt dici quilibet hō

mūdanus q̄ h̄z filiū quē mi-
ro mō diligit: ⁊ quē studet die
ac nocte ꝓmouere. dat ei vxo
rē scȝ mundi vanitatē in qua
delectet̄ sicut spōsus cū spon
sa: imo sepius magis delecta
tur cū mūdi vanitate q̄ vir cū
vxore q̄ sepe ꝓpter mūdana
hō vitam suā amittit Mater
est mundus iste q̄ miro modo
diligit filios mūdanos. Sȝ fi
lius bonus sicut beatus ale-
xius magis studet deo place
re ꝑ oīa q̄ parentibus et mū-
di vanitatibus vt possit illud
mereri qd̄ d̄r. Qui dimiserit a
grū aut domū/patrē aut ma
trē aut vxorē ꝓpter me centu
plū accipiet ⁊ vitā eternā pos
sidebit. Alexi⁹ naui accepit
⁊c. Nauis ista est sctā ecclia
ꝑ quā nos opȝ ascēdere si vo-
lumus vitā eternā obtinere:
et vestimenta p̄ciosa. s. seculi
pōpas deponere et inter pau
pes. i. hūiles residere verbo ⁊
ope. Custos q̄ eū in ecctiā in-
troduxit est discretus ꝯfessor
qui h̄z peccatorē instruere et
ad noticiā sacre scripture in-
troducere vt melius possit a
nociuis aīe p̄cauere. sed sepe
vent⁹ surgit ⁊ ducit hōiem ad
patriā: sicut fecit sctō alexio
Uent⁹ iste est tēptatio dyabo
lica q̄ nitit̄ die ac nocte hōieȝ
a bono ope īpedire. Si ergo sē
tias te ꝑ aliquā temptationē
inuolutū: fac sicut fecit san-
ctus alexi⁹: induas te forma
ꝑegrini: hoc est v̄tutes veri pe
grini debes h̄re vt non possis
a patre carnali nec a mundo
aliter cognosci nisi ꝙ hō dei
sis. Sed sepe cū talis vitā pe
nitētie eligit dolent parētes ⁊
multū tristant̄ cū viderint fi-
lios eoꝝ mundū spnere ⁊ pau
pertatē ꝑ amore dei diligere
Sed tuti⁹ est eos offendere q̄
viā ꝑfectōis derelinq̄re. Que
re ergo cartā. i. testimoniū cō
scie ꝙ deo fideli᷑ ministrasti.
tunc venit sūmus pōtifex cū
imꝑatoribus. i. xp̄s cū multi
tudine angeloꝝ ⁊ ducēt aīam
tuā ad ecclesiā sancti bonifa
cij. i. ad vitā eternā vbi abun-
dat oīs bonitas. s. gaudium.

¶ De vita exēplari. Ca. xvi.

Legitur de quodā impe-
ratore romano cōstruē-
te sibi basilicā optimā et fo-
diens in fundamēto palacij
inuenit sarcophagū aureum
tribus circulis circūdatū. et
sup sarcophagū talis erat su
perscriptio. Expendi. dona-
ui/seruaui/habui/ habeo/ꝑ-
didi/ punior/ p̄mo qd̄ expēdi
habui/qd̄ donaui habeo Im
pator cū hoc audisset satra-
pas imperij vocauit et ait.
Ite ⁊ inter vos ꝯsulite qd̄ ista
superscriptio significet. At illi
Dn̄e nichil aliud est superscri-

ptio nisi istud. Erat vnus imperator añ te q̄ aliis exēplum dare volebat vt eius vitā sequerent. Expendi vitā meam recte iudicando alios / regulando meipm sm rationē domādo. Donaui: militibus necessaria / pauperibus victualia. ⁊ vnicuiq̄ et mihiipsi secundum merita. Seruaui: in omnibus operibus iusticiam / indigentibus miam / operantibus mercedē condignā. Habui: cor largum et stabile. et vnicuiq̄ michi seruienti diuitias dare in necessitate et grām oībus omni tēpore. Habeo: manū ad donandū / ad protegendū / et manū ad puniendū. Perdidi stulticiā. perdidi inimicoꝝ amicitiā. ⁊ perdidi carnis lasciuiā. Punior iam in inferno: qꝛ non credidi vni deo eterno. punior heu qꝛ non est redēptio. Imperator cū hoc audisset ⁊ q̄diu vixit magis prudēter seipm ⁊ alios regulabat. et sic in pace vitā finiuit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste pōt dici quilꝫ xpian⁹ qui dꝫ et tenet cōstruere basilicā. i. cor suū deo paratū vt eius voluntatē per oīa faciat: ⁊ effodere cor suū pviā ꝯtritiōis. et sic poterit sarcophagū aureum inuenire. i. aiam deauratā virtutib⁹ plenā mediāte diuina grā. cū tribus circulis aureis. s. fide ⁊ spe / et charitate circūdatā. Quid ergo erit inscriptū? Certe prio expendi. Sed dic michi carissime q̄d expendisti? Respōdeat bon⁹ xpianus. Corp⁹ ⁊ aiam in dei seruitio. Si q̄libꝫ vestrū sic vitā expēdit de magno p̄mio in vita eterna secur⁹ erit. Scdm est: qđ scribit̄ seruaui. Dic michi carissime q̄d seruasti? Respondeat bon⁹ xpianus. Cor contritū et humiliatū: et deo in omnibus operibus preparatum pro voluntate sua ad faciēdum quicq̄d placet ei. Tertium est qđ scribitur donaui. Dic michi carissime quid donasti? Respōdeat bonus xpianus Dilectionē deo ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente. ⁊ amorē proximo scdm diuinū p̄ceptum. In his duobus pēdet lex ⁊ pphete. Quartū qđ scribit̄ est habui. Dic michi carissime q̄d huisti? Rñdeat bon⁹ xpianus et dicat Certe miserā vitā: qꝛ in pctō ꝯceptus et in pctō originali nat⁹: ⁊ de vili materia plasmat⁹. Quītū qđ scribit̄ est habeo. Dic michi carissie q̄d est qđ habes. Respōdeat bonus xpianus. Certe baptismū et factus sum christi miles vbi erā seruus dyaboli p virtutes

quas deus michi dedit in baptismo. Sextū qđ scribit̄ est p̄didi. Dic michi carissime q̄d est quod perdidisti? Certe dei gratiā. R̄ndeat bon⁹ xp̄ianus omnia delicta que ꝯtra dn̄m cōmisi per penitentiā emēdaui: q̄z penitentia mūdat nos a peccatis. Septimū qđ scribitur est punior. Dic mihi carissime q̄re dicis punior? Respondeat bonus xp̄ianus. Q̄z pro delictis et peccatis meis semp affligit̄ sp̄us meus ⁊ caro penitētiā patitur. Octauū quod scribit̄ est expēdi qđ habui. Dic michi carissime q̄d ē illđ? R̄ndeat bon⁹ xp̄ian⁹. Expendi tēpus meū in operib⁹ mie per gratiaꝫ quā accepi a dn̄o meo iesu xp̄o. Nonuꝫ qđ scribitur est quod donaui habeo. Dic michi carissime q̄d donasti quod iam habes? Respondeat bonus xp̄ian⁹. Certe donaui toto tp̄e vite mee consilium et assensum ⁊ totaꝫ voluntatē meā in voluntateꝫ prelati mei. ideo in celo habeo vitam eternam.

De p̄fectiōe vite. Ca. xvij.

Quidā imperator statuit pro lege ꝙ quicūq̄ volebat ei mīstrare ministeriū ab eo obtineret: ita ꝙ tres ict⁹ i porta palacij daret per quos cognosceretur ꝙ ministerium desideraret. Accidit casus ꝙ erat quidā pauper in ciuitate romana nomie Guido. qui cū de lege audisset intra se cogitabat. Paup sum et de vili sanguine p̄ductus: meli⁹ est michi ministrare et diuitias acquirere q̄ȝ sic semper viuere in egestate. Accessit ad palacium tres ictus scꝫ legem in porta dedit. Janitor stati hostium aperuit et eum introduxit. Ille vero flexis genibus imperatorē salutauit. Ait ei imperator. Dic michi carissime quid petis? Dn̄e seruitiuꝫ Qui ait. De quo misterio scires michi ministrare. At ille. Dn̄e de sex ministerijs suꝫ expertus. Primuꝫ ministerium scio corpus magni principis die ac nocte custodire. lectum eius parare. cibaria ei preparare. pedes ei⁹ lauare. Scd̄m ministeriū est. scio vigilare q̄n alij dormiunt: et dormire q̄n alij vigilāt. Tertiū ministeriū est scio bonū potuꝫ gustare et scd̄m gustū quēlibet potū iudicare. Quartū est. scio inuitare homines ad cōuiuiū ad honorē inuitātis. Quintū ministerium est. scio ignē facere sine fumo circūstantes et sedētes calefacere. Sextū ministeriū est. scio homīes docere bonam viā versus terrā sanctaꝫ sic ꝙ cū sanitate redibūt. Ait imperator. Ista sunt pulchra

ministeriis et multis vtilis me cū remanebis. et primo experiri volo de corpe meo. Corp⁹ meum custodies isto anno. Ait ille. Dñe presto suz volūtati vestre satisfacere. Guido omi nocte lectū satis honeste parauit lintheamina lauit et sepi⁹ mutauit: singulis noctib⁹ ante ostiū camere armatus iacuit: habensq; secū paruū caniculuz bene latrantē vt si casu aliquo dormiret et aliquis subito veniret per latratū canis excitatus esset. Semel oī hebdomada pedes ei⁹ lauit: in omnibus tam prudenter et viriliter ei ministrauit q in nullo defectus inueniri posset. Vñ imperator per oīa eū laudauit. Finito āno eū senescalluz fecit vt impleret secundū seruitium suuz scz scio vigilare. Guido iste sic istitutus per totam estatē laborabat et vigilabat et omia necessaria pro hyeme prouidit. Dū vero ad esset hyems et alij inciperent vigilare et laborare ipse vero quiescēs dormiebat sic q impleuit scdm ministeriū suū scz scio vigilare qñ alij dormiunt Imperator cū vidisset q tam prudenter duo ministeria cōplenisset gauisus est valde vocauit pincernā et ait ei. Carissime ponite i calice meo acetum vinū optimū et mustū et detis guidoni ad bibendū: qz istud est tertium ministerium suū. scit eniz gustare bonū potum et sic factū est. Dū autez gustasset ait guido. Fuit bonum. est benū. erit bonuz. hoc est dictū mustū erit bonū. vinuz est bonū. acetū fuit bonū Imperator cū vidisset q tam prudenter iudicasset potū dixit ei. Carissime vade per regna et castra et iuita oēs amicos meos ad cōuiuiū: qz iam instat festū natalis dñi: quia hoc est quartū ministeriū tuum. Ait ille. Dñe presto sum. Perrexit igitur per castra et regna: et nullū amicū imperatoris iuuitabat: sed omēs inimicos ei⁹: ita q in vigilia natalis dñi aula iperatoris de inimicis ipleta essz. Impator cū oēs inimicos suos vidisset cōmota sūt oīa viscera ei⁹. vocauit Guidonē et ait. Carissime nōne michi dixisti q scires hoīes iuitare ad cōuiuiū. At ille. Etiā dñe. Cui imperator. Et ego dixi tibi inuitare oēs amicos meos et tu iuitasti inimicos. At ille. Dñe licituz est michi respondere. Quocūq; tempore vel quacūq; hora in anno amici tui ad te venerint: cum gaudio recipiuntur Non sic est de istis: quia sunt inimici tui. Unde eos huc duxi vt per bonū vultum et bo=

num cõsiliū de inimicis fiāt amici. Et sic factū est anteq̄ erat cōuiuiū factū facti sunt oēs amici ei⁹. Imperator gauisus est valde et ait. Carissime benedict⁹ dñs iimici mei facti sūt amici. Impleas qui tū ministeriū tuū. Fac michi et amicis meis ignem sine fumo. Ait ille. Dñe isto sū. quid fecit ille guido. In estate ligna ponebat in ardore solis et tantū erāt desiccata q̄ cicito ardere incipiūt statim dabāt ardorē flāme sine fumo ita q̄ calefactus est imperator cuȝ oībus amicis suis. Deide ait Imperator guidoni. Jam restat vltimū ministeriuȝ si hoc prudenter adimpleuer͛ te ad diuitias et honores pmouedo. At ille. Dñe quotquot voluerint ad terrā sanctā pergere ad littus maris me sequātur. Uiri mulieres ac paruuli hoc audiētes quasi infiniti secuti sunt. Cū illic venisset ait populo. Carissimi videtis in mari ea que ego video. At illi Ignoramus. At ille. Ecce in mari rupes est magna leuate oculos et videte. At illi dixerunt. Dñe nos satis apte vidim⁹: sed cur hoc dicitis ignoramus. At ille. In illa rupe ē quedā auis continuo in nido suo residens que semp habet in nido septeȝ oua in quibus multum delectatur. Natura auis est talis q̄diu in nido residet totū mare est trāquillū. sed si ɔtingat auē extra nidū volare totū mare pturbat̄ in tantum q̄ si tūc aliquis mare ptransierit sine dubio submergetur: sed q̄diu residet in nido si tūc q̄s trāsiret sine pculo ibit et rediet. et illi. Quō poterimus scire qn̄ auis residet in nido suo / et qn̄ non? At ille. Nunq̄ nidū dimittit nisi pter vnā causā. Est eni alia auis q̄ est iimica ei⁹ q̄ die ac nocte laborat vt eius nidū fedet ac oua ei⁹ violet. Auis vero q̄ est in nido cū viderit fedata aut nidū deturpatū statiȝ extra nidū pre dolore volat et tūc mare pturbat̄ ꝛ vētus valde ipetuosus excitat̄: ꝛ nullo mō tūc tp̄is ad mare intrandū festinare debet͛. At illi dixerūt. Dñe qd̄ remediū poterit ad hoc fieri q̄ auis que est inimica nō apropiquet nido suo: et sic p ɔñs poterimus secure transire. At ille. Non est res sub celo quam illa auis q̄ est inimica tantū odit sicut sāguinem agni. nidū exterius ꝛ interius cū dicto sāguine aspgite et q̄diu ibi gutta vna illius sanguinis remanet auis que est inimica nunq̄ audet nido eius appropinquare: et sic auis i nido suo remanebit

et tunc mare erit in tranquil-
la pace / et poteritis ad ter-
ram sanctā transire et secure
redire. Ista audiētes sangui-
nem agni acceperunt et nidū
interius et exterius cū dicto sā
guine aspergebant et ad terrā
sanctam perrexerunt et sani et
incolumes redierunt omnes.
Imperator videns q omnia
negocia tam prudēter adim-
pleuisset ad militiam et diui-
tias magnas promouit.

¶ Applicatio.

Carissimi. Imperator iste
est pater celestis qui le-
gem edidit: vt quicunq tres
ictus in porta dederit. s. orō-
nē / ieiuniū / et elemosinā / in in
troitu ecclesie militantis mi-
les poterit eē et per ↄ̄s vitā
eternā obtinere. Guido paup
pōt dici quilibet homo paup
et nudus de vtero matris sue
egressus qui dat tres ictus in
ecclesie porta quādo baptis-
mū petit. Unde quilibet xpia
nus deo pmittit de sex mini-
sterijs ministrare. ¶ Primuz
est custodire corpus pricipis.
i. xpi. Et quomō? Sicut fecit
Guido. Primo debz esse orna
tus bonis virtutibus ne aliq̄
tēptatio intret cameram cor
dis sui et offendat dñm nostr
iesum. et paruū caniculū bene
latrantem habeat. i. cōscien-
tiam sanā que cōtinue cōtra
vicia murmurat. Et ideo di-
cit apostolus. Omne qd fit cō
tra conscientiam edificat ad
gehēnam. ¶ Secunduz est le-
ctum cordis bene preparare
et per opera mie lintheamina
mutare. i. vicia in virtutes or-
do variare et sordes peccato
rū lauare per cordis cōtritio
nem et camerā cordis sui sem
per mūdā custodire: vt nichil
sit quod offendat oculos prī-
cipis. s. corporis dñi nostri iesu
christi cui corpori nos obliga
mur mūde seruire. Deide bis
in hebdomada pedes lauare
scz p confessionē et satisfacti-
onē: et per bonas affectiones
ei placere. Istud est primū mi
nisteriū quod pmittit quilibz
xpianus in baptismo deuz se-
cum mūde custodire. Sed est
aduertendū de corpore istius
pncipis. s. dñi / ab illo q̄ sub spē
panis digne debent sumere et
custodire ex ppetatib⁹ panis
visibilis attēdāt. Est igit ho-
stia iscripta vt sic notet q oēs
debent esse inscripti q̄ per eu-
charistiā sunt reficiendi. Illi
autē sunt inscripti in quorum
cordibus per veram fidem in
scriptum est nomen christi vt
a christo dicantur christiani.
Unde dicit dñs per hieremiā
Scribā legē meā in cordibus
eorum. Prima autez lex qua

cū deo obligamur est fides. se cūda spes. ⁊ tertia charitas. Item hostia post litteras cir culū continet in quo notatur eternitas q̄ nec principiū nec finē habet. Item hostia lati tudinē habꝫ q̄ charitatē figu rat q̄ circūquaqꝫ dilatatꝰ. Itē hostia est tenuis et sicca. per que notatꝰ duplex abstinētia. per tenuitatē ciborū pcitas. per siccitatē ꝯtra humidorū supfluitatē sobrietas. pota tores autē huius sint sobrij. Qui igitꝰ pane pdicto volūt re fici sint inscripti p fidem. cir culū habentes p eternoꝝ cō tēplationē. dilatati p chari tatē. Item hostia est alba. sic et nos ꝯtra luxuriā. Itē est le uis. sic et nos ꝯtra accidiam. Itē modica. i. hūilis ꝯtra su perbiā. Si aūt tales sumus: tunc panē nr̄m quotidianuꝫ nobis ad vtilitatē nostrā da ri petimus. Alioqn non pro nobis: sed ꝯtra nos est. Quo niā dicit apl's. i. ad Corꝰ. xi. Qui mādncat indigne iudiciū sibi manducat. Itē hostia est azima sine fermēto ꝯtra ama ritudinē inuidie q̄ spūalitꝰ ne quicia dr̄. Un̄ apl's. i. ad Corꝰ. xi. Epulemur nō in fermento malicie ⁊ nequicie: sed in azi mis sinceritatis et veritatis. Itē frumēticea est ⁊ hoc ꝯtra irā. Granū eni frumenti lene est et planū sine aspitate: ita q̄ ppter suam asperitatē vix aliquis eū tangere audeat. Item hostia est impermixta et vniformis. et hoc ꝯtra cu piditatē ⁊ auariciā. Item ro tūda ꝯtra accidiā. Sicut enī panis naturalis pre ceteris cibis corpus reficit et susten tat ⁊ vinū pre ceteris potibꝰ hoīem letificat ⁊ inebriat sic caro xp̄i pre ceteris interiorē hoīem reficit et saginat ⁊ san guis pre ceteris letificat. ⁊ sic inebriat vt sobriū reddat. Un̄ psal. Calix meus inebrians q̄ꝫ preclarus est. Item panis est cibus generalis. ⁊ vinum potus vsualis omnibus ⁊ oīm tēpore. Sic xp̄s se in cibū om nibus fidelibus ⁊ oīm tēpore exhibet pauperibꝰ ⁊ diuitibꝰ sine acceptiōe ppter qđ ⁊ pa nis quotidianus dr̄. Itē pa nis sicut dicūt ph̄i pcipue ha bet virtutē nutriendi cuius si gnū est q2 eius comestio non parit fastidiū comedēdi. Sic est panis xp̄i de q̄ Eccl'. xxiiij Qui edūt adhuc esuriēt. Itē sicut panis triticeus est cibꝰ adultoꝝ non paruuloꝝ (si cut dicit apostolus) ita corpꝰ xp̄i est cibus spiritualis coꝝ qui creuerunt in fide et virtu tibus. ¶ Deinde queritꝰ quo modo panis pōt conuerti in corpus xp̄i. Ecce ratio est nu

trix que nutrit puerū. Si nu-
trix famē pateret et lacte ca
reret puer inediam sustineret
vel cito deficeret. Si vero in
tanta penuria dētur ei feces
ad bibendū ille feces per os
potate mutantur in sanguinē
ad robur mulieris ⁊ in lac ad
nutriēdū puerū. Et si hoc fa-
cit natura i muliere q̄to ma-
gis virtus suprema naturam
in sacramento altaris per os
sacerdotis loti id est christi p
verba de ore exeuntia: muta-
tur panis in carnem et vinū
in sanguinē. Sed de indigne
sumētibꝰ pōt dici illud Gen.
Fera pessima deuorauit fili-
um meū. Psal. Os peccatorꝫ
et dolosi super me apertū est.
Vinū est sanabile homini sa-
no: vel infirmatiuū hoī egro-
to. imo poterit eē causa mor-
tis. Eodē modo corpus xp̄i
anime sane est vita. aīe pecca
trici est mors. Item percussi
sunt de bethsamitis septua-
ginta viri famosi ⁊ duo milia
plebis eo q̄ vidissent archā
mudā. Et pōt dici q̄ non pec-
carunt videndo quibus non
erat ꝓhibitum videre. Videa
mus ergo et mūde et honeste
custodiamus corpus princi-
pis. i. xp̄i. Secundū ministe-
rium quod ꝓmisimus est vigi
lare in bonis opibus q̄ñ alij
dormiūt in peccatꝭ sicut scri-
ptum est. Vigilate qr nescitꝭ
qua hora filius hominis ve-
niet Et paulꝰ dicit ad Ephe.
Surge qui dormis ⁊ exurge a
mortuis et illuminabit te xp̄s
Unde charissimi debetis sci-
re q̄ viatores aliqui surgunt
ad primū gallicantū. aliqui
ad scdm. et aliqui ad tertiū. ⁊
aliqui ad aurorā q̄ñ pulli cla
mant ⁊ dicūt. Non est ampli
us dormiēdū. Ecce pulli cla-
mant surgamus. Et sic primi
galli fuerunt ꝓphete qui sur
rexūt vt xp̄m in carne viderēt
et non viderūt. Secundi gal-
li sunt apl̄i et euangeliste qui
xp̄m viderūt. Tertij galli sūt
predicatores et alij qui ver-
bū dei predicāt. Isti sunt pul
li qui clamant et dicūt. Sur-
gite vigilate sicut dño ꝓmisi-
stis in bonis operibus dormi
te q̄ñ alij vigilant: hoc est a
peccatꝭ cessare q̄ñ alij in ma-
lis operibus vigilāt. sicut la-
trones fures et luxuriosi. Vi-
gilate in estate. i. cum vita no
stra fuerit in corpore et ꝓui-
deatis omnia necessaria pro
aīabus vestris vt cum hyēs
mortis aduenerit poteritꝭ cū
dño feliciter requiescere. Ter-
tiū ministeriū est gustare bo-
num potū. Potus iste est pe-
nitentia siue martyriū p dei
amore. Unde saluator. Mat.
Potestis bibere calicem quē

ego bibiturus sum. At illi. possumus .s. calicē penitentie aut martyrij. Fuit bonū sṗe suo acetū .i. bonū erat sācris in celo qui in hoc mūdo vixerunt ꝗ penitentiam fecerunt carnē suam domabāt et ideo in celo iam regnant. Est bonū vinū .s. hoc est dictum. bonū est nobis vt penitentiā agamus per quā poterimus ad eternam gloriā peruenire Erit bonū .s. quando caro cū spiritu in die iudicij resurget et vitā eternā intrabit. Dñs habet vnam tabernā de optimo vino scʒ celeste gaudiū. et signū pulchrū ante tabernā s. crucem: sed quando ita est ꝙ multitudo ementiū confluit tunc tabernarius care vendit vinū. ⁊ quādo cessant emēdi venientes: tūc oportet ꝙ vēdat pro leui precio vel ꝙ retineat oīno sibi. Dñs vero post resurrectionē suam cōmunicauit vinum suū mittēdo spiritū sanctū. et tunc confluxerunt euntes cateruatim scilicet per predicationē apostolorū et aliorū sanctorum: conuersi sunt ad fidem ⁊ tunc tabernarius id est dñs noster iesus christus care vendidit vinū suum id est gloriam paradisi. Nonne petrus qui cruci fixus fuerat valde care emit illud vinū. et paulus et Laurentius ceteriꝗ martyres ꝗ morti tradiderūt corpora sua pro fide christi sustinenda et multiplicanda. Sed mō cessat multitudo ementiū. ⁊ ideo oportet ꝙ christus ꝑ leui precio vendat gloriam suam vel omnino retinebit sibi. Et ideo gustemus in presenti vita potum penitētie vt ꝑueniamus ad brauiū vite etne. ¶ Quartū ministeriū est inuitare homines ad conuiuiū. Ille inuitabat inimicos ⁊c. Sic quilibet nostrum tenetur inuitare inimicos ad christi vitam eternam. Iuxta illud Nō veni vocare iustos: sed peccatores. Sic tu debes per bona exempla et bona opera peccatorem instruere et deo recōciliari. Sed aliqui peccatores sunt lapides molares ꝗ non poterunt de leui moueri: immo sunt quasi cathenati. sicut herodes misit petrum in carcerem: et in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus duabꝰ cathenis: et custodes añ ostium custodiebant carcerē. Actuū .xij. Dormitio petri potest figurare dormitionē peccatoris in peccati consuetudine. Duo milites possunt dici mors ⁊ dyabolus: qꝛ mors insidiatur vite / et dyabolus anime. due cathene sunt volū

ptates carnales / et vanita-
tes tēporales. Custodes pos-
sunt dici spes lenioris venie
et presumptio longioris vite.
⁊ quando dyabolus sic tenet
peccatorem tunc habet eum
in pace. Ideo cum summa cu-
stodia laborandū est verbo et
opere tales ad conuiuiū eter-
num inuitare. Quintū ministe-
rium est ignem facere sine fu-
mo. Ignis iste est caritas quā
quilibet tenet habere si desi-
derat vitā eternam obtinere.
et hoc sine fumo iracūdie vt
aliud non ostendas in ore q̄
sit in corde. Sicut multi di-
cūt se aliquos diligere ⁊ odi-
um habēt in corde. Ista non
est vera caritas sed est ignis
plenus fumo. Unde oꝫ odiuꝫ
ex corde expellere. In figura
huius dicit̄ ſm Pliniū. Est q̄-
dam piscis qui trāsglutit ha-
mi partes interiores .s. oīa in-
teriora sua foras per os euo-
mit donec hamus exeat et
deinde reducit ad loca sua.
Sed sic videtur peccator irā
vel odium siue aliquod pec-
catū cum icidit tanq̄ hamū
trāsglutire. Eccl'es.ix. Sicut
pisces capiūtur hamo: sicut
auis cōprehenditur laqueo:
sic capiunt̄ hoīes tp̄e malo.
Debet ergo tunc per os oīa
interiora deiicere donec exe-
at hamus .odiū .s. vel pecca-
tum aliud: q2 oīa interiora
reuelanda sunt .s. per ꝯfessio-
nem donec ꝑfecte liberetur a
peccato et tunc poterit igneꝫ
sine fumo ꝑparare per quem
deus erit calefactus scilicet
contentus. Sextū ministeriū
est docere hoīes viam versus
terrā sanctā .s. celū: sed ad ce-
lū opꝫ ꝑ mare transire. Mare
dicit̄ mūdus iste ꝓpter mul-
tas rōnes. Primo quia sicut
in mari est conflictus ventoꝝ
ita ⁊ in mundo conflictus est
multiplex belloꝝ. Item sicut
in mari est tempestas fluctu-
um: ita ⁊ in mundo inūdatio
aduersitatum. Item sicut in
mari est amaritudo aquarū
ita et in mūdo amaritudo vi-
ciorum. et sicut in mari ꝓfun-
ditas aquarum ita et in mū-
do profunditas miseriarum.
Et sicut in mari beluaruꝫ est
immanitas: ita et in mundo
principum seueritas. Item
oportet propter ista pericula
⁊ multa alia pertransire per
nauem: tamen solent homi-
nes propter quattuor naueꝫ
ascendere. Primo propter di-
luuium Gene.ix. sic nos debe-
mus propter diluuium vicio-
rum. Unde Osee.iiij. Male-
dictum et mendaciū ⁊ homi-
cidiū ⁊ furtū ⁊ adulteriū inū-
dauerūt. ⁊ sanguis sanguinē
tetigit: propter hoc lugebit

terra et infirmabunt oēs qui habitant in ea. ⁊ ideo necesse est nobis nauē ascendere bone vite. Scḋo ascēditur nauis ad transfretādum Math. viij. ascendit iesus ⁊ transfretauit sic et nos si volumus in ciuitatem venire: nō habem⁹ hic manentē ciuitatē. ideo necesse est nauē ascendere. Stultus est qui debet mare trāsire per nauē et non vult nauē ascēdere. Stultus est qui habet tēpus cōgruū ⁊ differt q: a mane vsq; ad vesperā immutabit. Stulti autē sunt nautis clamantibus intrare qui tūc differunt. Tertio ascenditur nauis ad mercādū. Prouer. vlti. Facta est quasi nauis institoris. et anima sancta est quasi nauis bona que abūdat i terris. s. que sunt gemitus / suspirium / paupertas / humilitas charitas. que bona venit dominꝰ noster iesus xp̄s querere in terra nostra. Et quādo aīa nr̄a sic onerata venit ad portum optime recipit a dn̄o terre ⁊ bonis acceptis onerat illam nauē bonis patrie. s. honore et diuitijs. Quarto ascēditur nauis ad piscādū sicut petrus. sic debemus ascendere nauē ad piscandum peccatores de aqua pctōꝝ attrahēdo eos bonis operibus et exemplis. Cauēdū tamē nobis est ne nimis ad lucra aliorū intendam⁹ et negligētes nosmetip̄os submergamus sicut contingit aliqñ piscatoribus Sed sūt multi nō piscatores sed predones qui submersos querūt nō vt eos eripiāt s; vt vestes querāt et qḋ peius est homines nauigātes propter spolia mergūt. Isti etiā aliqñ sunt qui nauē dei regendā recipiunt. Vñ est notandū q; ad saluatione; nauis in magna tēpestate: alius naue; exonerat. alius aquā exhaurit. aliꝰ anchorā facit. alius veli̇̄ deponit. aliꝰ gubernaculū tenet alius nauigando vndas suas separat. ⁊ ita nullꝰ est ociosus sed quil; de sua salute sollicitus. et sic nauis saluatur ⁊ nō perit. Ita spūaliter ad tēptationis euasionē debēt hec fieri quia sic saluabimur a periculo mortis eterne. Sed qui in aliquo istoꝝ negligēs fuerit peribit. Unde paulꝰ ad Thimo. i. Qui volūt diues fieri icidūt i laqueū p tētationē interitum et perditionē. Si ergo vis saluari exonera cor tuū diuitijs q̄ sunt valde graue onꝰ Secūdo humilitas aīe nauē exhaurit aquā peccati ligue euacuatorie eijciēdo. Iuxta illud hie. Effūde sicut aquā cor tuū. Tertio rupturas obstruit. qui eni timet nichil ne-

eligit. Hic obstruit foramina sensuū per que ascēdit mors. Iste autē timor oritur ex consideratione diuine potentie et iusticia iudicis. ex defectu advocati vel testimonij et ex multitudine accusantiū. Un̄ Job. ix. Si fortitudo queritur robustius est. si equitas iudicij nemo audet pro me testimoniū reddere. si iustificare me voluero os meū cōdēnat me in cōscientia que semper loquitur Quarto spes anchoram iacit Quinto patiētia velum deponit. Sexto prudētia regit gubernaculū vt recte funē dirigat. Septimo iudicia vndas separat. Nauis est aīa sācta cuius merces sunt opera charitatis. funes diuina precepta Malus patiētia. velū pseuerantia. anchora fides. remus gubernaculū charitatis. gubernator spūssanctus. naute ducentes nauē exēpla sanctorū. De tali naui scribitur. Prouer. xxxi. Facta est q̄si nauis institoris in qua sunt oīa ista. Nauis ista portat poma. i. opera sancta redolentia corā deo et hoībus de quibus debes facere exenium ipsi deo. Et sicut poma dātur post prādiū in delectatiōez et solatiū: ita fructus et fruitio bonorum operū dabitur nobis in celo post hanc vitā. In mari. s. in mundo est rupes magna. s. corpus humanū ex quattuor elemētis cōpositū et in isto corpore est nidus. s. cor humanū in quo corde auis. s. spūssanctus per virtutē baptismi residet qui cōtinue habet septē oua. s. septē dona spiritussancti. Quādiu auis ista. s. spūssanctus in corde tuo residet secure transire poteris ad terrā sanctā. i. ad vitā eternā. Sed si contingit auē per peccatū extra nidum volare mare. i. mundus / dyabolus / caro pprīa erūt cōtra te et surgent tempestates graues quas euadere nō potes. et ideo oportet te cor tuū bene et munde preparare ad modum domus materialis. de domo tollitur fuligo per quā significat amaritudo peccati q̄ tolli debet. Item tollendus est puluis. i. amor terrenorum in quo maxime nutriūtur pulices. i. superbi saltātes. Itē mulier mundā domū purgat et cōgregat pulueres et post eijcit per ostiū et post areā mūdatā apponit aquā et tandē sarmētū. sic volēs mūdare domū. i. cor congregat puluerē cogitādo oīa mala q̄ fecit et oīa bona q̄ omisit. post emittat per plenā confessiōez apponat aquā per lacrimarum effusionē. Ornet domū sarmento per dignā satisfactionē. et sic in domo bene pparata libenter

hospitabitur dn̄s. Unde vidimus q̄ ex aduētu boni hospitis tota domus emundat̄: sꝫ eo recedente non remanet de bonis eius in domo nisi fim⁹ iumēto:ū. Sic ex aduētu dei per gratiā sustentat̄ corpus ⁊ anima: sed recedente gratia eius nō remanet nisi fimus .i. temporalia: qꝛ quanto plus amplectitur quis fimū ī brachijs: tanto minus habet de eo nec fortior efficit̄. ergo q̄to quis plus amat diuitias. ꝛc. Unde Eccl's. Qui amat diuitias fructū nō accipiet ex eis Nichil peius q̄̄ amare pecuniam. auis que est inimica est dyabolus qui circuit querēs quē deuoret qui die ac nocte nitit̄ spiritūsanctū a cordib⁹ nostris expellere p̱ peccatum Si velis spiritūsanctū tecum habere fac sicut fecit guido Aspergas nidū cuꝫ sanguine agni .i. semper debes habere recentē memoriā in corde tuo de xp̄i passione quā p̱pter te sustinuit: et sic auis inimica .i. dyabolus sine dubio nō audebit ad te appropinq̄re. et per ꝯ̄ns spūſāctus remanebit in te et poteris secure in terram sanctā .i. ad vitā eternā peruenire. Ad quam. ꝛc.

¶ Item omne peccatū q̄̄ nus predestinatione grauissimum nisi desperationib⁹ barathro subiaceat est remissibile.

Capitulum. xviij.

Quidā miles erat nomie iulianus q̄ vtrūq̄ parētem nesciēs occidit. Cum enī iulianus iste nobilis ac iuuenis quadā die venationi insisteret ⁊ quendā ceruū repertū insequeret̄ subito ceruus versus eū se vertit atq̄ dixit. Tu me inseq̄ris qui patris ⁊ matris tue occisor eris. Quod ille audiēs vehemēter extimuit ne forte sibi contingeret q̄̄ a ceruo audierat. Relictis oībus clam discessit et ad regionē valde remotā p̱uenit. ibiq̄ cuidaꝫ principi adhesit. Ille vero tam strennue vbiq̄ tā in bello q̄̄ in palacio se habuit q̄ princeps militē eū fecit et quandā castellanam viduam in cōiugē ei tradidit et castellum p̱ dote accepit. Tūc parētes iuliani pro amissione filij nimiū dolētes vagabundi vbiq̄ pergebāt et filiū suū sollicite querebāt. Tandē ad castrū vbi iulianus preerat venerunt quos cū vxor iuliani videbat ⁊ iulianus nō affuerat quinā essēt inq̄sisset et illi oīa que filio suo acciderant enarrassent. intellexit q̄ parentes viri sui essent: vt pote que hec a viro suo frequēter forte audierat. Ipsos igitur benigne suscepit et pro amore viri sui

lectum suum eis dimisit ꝛ ipsa sibi lectum alibi prepara-bat. Facto autē mane castellana ad ecclesiam perrexit: ꝛ ecce iulianus mane veniens in thalamum quasi excitatu-rus vxorē suā intrauit: duos pariter dormiētes inuenit vxo-rem cū adultero suspicatus silenter extracto gladio am-bos pariter interemit. Exiēs autem domum vidit vxorem ab ecclesia redeuntem et ad-miratus interrogauit. quinā essent illi qui in lecto suo dor-mirent. At illa ait. Parentes vestri sunt qui vos diutissime quesierunt ꝛ eos in nostro thalamo collocaui. Quod ille audiens pene exanimis effect⁹ amarissime cepit flere et dicere. Heu miser quid faciam qꝛ dulcissimos parētes meos occidi. Et ecce impletum est verbum cerui: quod dum vitare volui miserrimus adimpleui Iam nunc vale dulcissima soror quia decetero nō quiescā donec sciam ꝙ deus penitentiam meam acceperit. Cui illa. Absit dulcissime frater vt me deseras et sine me abeas sed que fui tecum particeps gaudij: ero particeps et doloris. Tunc insimul recedentes iuxta quoddam magnum flumen vbi multi periclitabant: quoddaꝫ magnum hospitale statuerunt vt ibi penitentiaꝫ facerent. et omnes qui vellēt flumen trāsire incessāter trāsueherent et hospicio vniuersos pauperes reciperēt. Post multum tēpus media nocte dum iulianus fessus quiesceret et gelu graue essꝫ audiuit vocem lamentabiliter clamā-tem ad iulianum vt se traduceret voce lugubri inuocantē Quod ille audiens concitus surrexit et iam pre gelu ipsuꝫ deficientem inuenit et in domum suam portauit et igneꝫ accendit et ipsum calefacere studuit: sed calefieri non potuit: et ne ibi deficeret timēs ipsum in lectum suum portauit et deligenter cooperuit. Post paululum ille qui sic infirmus et quasi leprosus apparuit splendidus ad celum scādit et hec hospiti suo dixit Iuliane domin⁹ misit me ad te mandans tibi ꝙ tuam penitentiam acceptauit et ambo post modicum in domino requiescetꝭ. sicqꝫ ille disparuit et iulianus cum vxore sua post modicum plenus operibus bonis et elemosinis i domino requieuit.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste miles iulian⁹ potest dici q̄libet christian⁹ bonus

et prelat⁹ qui debet debella=
re viriliter ꝯtra dyabolū mun
dū et carnē. et debet venatio=
ni insistere. s. deo aīas acquie
scere. sequi ceruuz. i. xp̄m. vn̄
ps. Sicut seru⁹ desiderat ad
fontes aquarū ⁊c. Si vero fi=
deliter p̄latus sequitur xp̄m
audire potes et videre in sa=
cra scriptura q̄ debes paren
tes tuos occidere id est ꝓpter
dei amorem illos simpliciter
relinquere. Juxta illud. Qui
dimiserit patrem et matrē ꝓ
pter me centuplū accipiet et
vitā eternam possidebit. Mi
les iste perrexit in regionē lō=
ginquā ⁊c. Sic prelatus in re
gionē longinquā hoc est lon=
ge transire deb; a mūdo ⁊ ab
illis que in mūdo sunt sancte
et pure vivēdo et seruire prin
cipi. s. xp̄o ⁊ cū eo diuersa bel
la cōmittere ꝯtra dyabolum
mundum et carnē. Xp̄s cum
perceperit sic militem suum
triūphare dabit tibi vxorem
castellanam. s. gratiā suam q̄
custodiat castrū cordis tui vt
poteris deo ꝑ omia placere.
Sed sepius contingere vide=
mus q̄ parentes carnales et
mūdi vanitates talē insequū
tur ipsum ad malum instigā=
do et potuunt in cordis tui le=
cto te ꝓbare sicut fecerat Job
sed resistito fortiter et cū gla
dio penitentie eas deleas vt
dicit in figura huius q̄ absa
lon ꝑsequēs p̄rem ꝑ capillos
suspensus est in quercu: ⁊ Jo
ab infixit tres lanceas in cor
de suo. Quercus ista est ꝯcu=
piscētia. Capilli carnalia de
sideria. Mulus transiens est
caro moriens. Joab dyabo=
lus tres lanceas dū viuit. s.
cogitatiōes oꝑatiōes ⁊ ꝯsue=
tudines īfigit. ⁊ in morte tres
angustias. sc; irā dei quē offē
dit. carētiā celi qð amisit. pe
nā īfernalē quā meruit. Istos
parentes debes occidere gla
dio penitētie ⁊ post hec ad flu
mina sacre scripture pergere
et ibi domū salutis erigere. s.
orōnē ieiuniū et elemosynā ꝑ
petrare. et sic ꝑ ꝯñs deū in le=
cto cordis tui poter; reqrere
⁊ ad vitam eternā peruenire.
Ad quam ⁊c.

¶ De pctō supbie. Ca. xix.

Legitur i gestis romano
rum q̄ erat quidā prin=
ceps romanoꝝ noīe pōpeius
hic duxerat filiā cuiusdā no=
bilis q̄ cesar vocabat. hi duo
conuenerūt inter se q̄ toti⁹ or
bis dñium suo īperio subiuga
rēt. Accidit q̄ pōpeius mitte
ret cesarē ad expugnādū pla
gas diuersas: q2 iuuenis erat
et ipm̄ decuit laborare. Ipse
aūt tanq̄ p̄ncipalis ciuitatē
romanā a plagis illis custo=
diret. prefixit tamen sibi ter=

minū redemendi sub spacio .v.
annoꝝ . qđ si non facerꝫ iure
suo ppetuo priuaret. Cesar au
tē exercitū collegit ⁊ ad illas
partes prexit inueniēs hoīes
bellicosos quos non poterat
in pfixo termino supare. Wal
lens pōpeiū offendere q̄ bel
lū dimittere ex capite pprio
alienauit se aliis. v. ānis qđ
grauiter portabat pōpeius.
interdixit sibi ciuitatē roma
nā ita q̄ non auderet ad euꝫ
vlterius appropiquare. Ce
sar vero finito bello iter arri
puit versus romā: venit p quā
dā aquā cū exercitu suo que
quidē aqua vocabat̄ rubicon
et ibi apparuit ei quedā ima
go magna stans in medio aq̄
et loquebat̄ ei dicens. Cesar
si venias pro pace romana li
ceat tibi vsq̄ huc venire. sin
autem non p̄sumas intrare.
Cui cesar respōdit. Semp mi
litaui ⁊ parat⁹ sum oēs labo
res sustinere p honore ⁊ ꝯmo
do ciuitatꝭ romane āpliādo.
⁊ semp volo dīs meis testib⁹
quos adoro. His dictis ima
go disparuit. Post hoc stati Ce
sar percusso dextrario flumē
transiuit. sꝫ cū ptransito flu
mine stetisset ex alia pte mox
ait. Hic pace temerata: q̄ iu
ra relinquo. ⁊ ab illo die non
cessauit pōpeiū ꝑseq̄ ⁊ inquā
tū potuit destruere nitebat̄.

¶ Moralisatio.

Charissimi. Per hunc senē
pompeiū itelligit̄ deus
creator oim qui semp fuit ab
initio et erit sine fine. Per ce
sarem intelligo Adā qui fuit
pnceps oim hoim. cuius filiā
i. aīam deo despōsauit in fide
Osee. ii. Despōsabo te michi
in fide. Deus igit̄ volens pba
re adā posuit eū in paradisū
vt operaret̄ et custodiret illū
qui statim de statu suo supbi
ens volēs sue vxori placere ⁊
dyabolo acquiescere vnicum
preceptū qđ deus ei dederat
violabat. pp̄ter qđ de⁹ eum
expulit non solū de paradiso
sed etiā de celesti imperio. A
dam tū sperans se posse recu
perare qđ perdiderat ad hoc
postea inq̄tū potuit labora
uit: sed vere attingere non va
lebat vsq̄ ad aduentū dn̄i no
stri iesu xp̄i imaginis nostre q̄
apparuit baptizatus in aq̄s
iordanis. dn̄s vero ⁊ saluator
noster dixit omnibus nobis ad
celū tendere volentib⁹. Joh.
iii. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua ⁊ spū sancto ⁊c. Mul
ti autē cum veniunt ad hanc
aquā pmittunt corā testibus
deo seruire et peccata vitare.
viriliter ꝯtra dyabolū pugna
re: sed heu pchdolor ⁊ timeo
et timendum est de multis q̄
cum fecerint vota sua obliui

scunt et precepta ɔtēnunt sicut Absalon.iij.Reg. postq̄ fuerat recōciliatus patri suo Dauid occiderat fratrē suū; Uidēs q̄ populus pnus erat ad constituendū eum regē dixit patri suo. Uadā et reddam vota mea dn̄o q̄ voui dn̄o in ebron. Et dixit ei pater suus Uade in pace. Perrexitq̄ in ebron et populus constituit eū regē. Ab illo die vsq̄ in diē mortis nō cessauit psequi patrem suū sed cesar et absalon interfecti sunt a seruis suis. Eodē mō mali xp̄iani non desistunt deū patrē psequi per mala opa eoꝝ. ideo tradent ministris gehennarū quos timebant et colebāt. Sed attēdite postq̄ absalō occiderat fratrē suum fuit exaltatus. et cesar postq̄ fregerat pceptū pompeij. sed Joab faciēs pacem inter ip̄m et patrē reduxit eū. sꝫ vidēs honorē suū impugnauit patrē: et colligēs sibi gentē ɔstituit se regē: sꝫ in bello suspendit seip̄m per crines. Et ioab qui fecerat pacem inter ip̄m et patrē infixit tres lanceas in cor eius. Iste absalon signat peccantē mortaliter q̄ occidit fratrē suū. i. aiam suā. Xp̄s autē fecit pacē: sed multi recōciliati acciplūt bellū ɔtra deū Et tūc venit xp̄s q̄ pacē fecerat et figit tres lanceas in cor pctōris. Prima est sepatio a deo. Secūda est maledictio. Tertia est ignis eternus.

¶ De miseria et tribulatione. Cpm. xx.

Conrad⁹ regnauit in cuius imperio erat quidā comes noie Leopoldus qui iram regis metuēs cum vxore sua in siluā fugiens in quodam tugurio latitabat. In q̄ silua memorata dū cesar cōradus venaretur nocte superueniente in eodem tugurio ip̄m oportuit hospitari. Cui hospita pgnās vicina exn̄s partui decēter vt potuit strauit. et necessaria ministrauit. Eadem nocte mulier filiū peperit: et cesar vocem audiuit dicentē. accipe. accipe. accipe. Expergefactus ipse a somno totusq̄ timidus et tremefactus ait intra se. Quid signat ista vox accipe accipe accipe. Quid debes accipere cogitabat: et statim obdormiuit. Et ecce secunda vice audiuit vocem dicentem ad ip̄m redde. redde. redde. Cesar expergefact⁹ a somno cōtristatus est valde et ait intra se. quid est hoc? Primo audiui accipe accipe accipe: et nichil accepi. Modo dicit redde redde redde. q̄d debeo reddere. ex quo nichil accepi. Cesar iterum

incepit dormire. ⁊ ecce tertia vice audiuit vocem dicentem sibi: fuge fuge fuge. quoniam hic puer primogenitus gener tuus erit. Cesar vero cum talia audisset cōmota sunt oīa viscera eius. Mane vero surgēs duos armigeros suos secū secretarios ad se vocauit dicēs. Ite ⁊ paruulū illum de manibus matris violēter auferte: ⁊ ipm̄ per mediū scindētes cor eius mihi apportate. Cōtriti eūtes de gremio matris puerū rapuerunt. quem videntes elegātissime forme mīa moti ipm̄ super quandā arboris superficiē ne a feris deuoraret̄ reposuerunt. et leporem scindentes cor eius cesari detulerunt. Eodē die dū quidam dux inde transiret ⁊ puerū vagientem audiret ipsum in gremio suo priuatim nullo sciente accepit. Et dux filium non haberet vxori attulit et eum nutriri fecit a se et exore sua genitū fingens. Henricum vocauit. Cum puer iam creuisset erat corpore pulcher nimis: ore facundus et omnibus gratiosus. Quē cum tam decorū et prudentē vidit cesar a patre petijt ⁊ in curiā sua manere fecit. Sed cū videret puer⁊ oībus gratiosum et ab oībus cōmendari dubitare cepit ne post se regnaret: ⁊ ne iste sit quē occidi mandauerat. Volens igit̄ esse securus litteras manib⁹ suis scriptas vxori dirigit in hunc modū. Inquantum est tibi cara vita tua mox vt istas litteras recepis puerū hunc necabis. Dū vero pgens in quadam ecclesia hospitatus fuisset ⁊ super bancum quiesceret et bursa in qua erat littera dependeret: sacerdos curiositate ductus bursam aperuit et legēs scelus abhorruit et radens subtiliter vbi dicebatur puerum hunc necabis: scripsit: Filiam nostrā in vxorem ipsi dabis. Cumq; regina istas litteras legisset et regis sigillo munitas videret de manu imperatoris scriptas esseq; cognosceret: conuocatis principibus nuptias celebrauit: et suā filiam eidem in vxorem dedit. que nuptie aquisgrani celebrate sunt. Dum autem cesari conrado narraretur ꝙ solenniter nuptie filie sue essent celebrate ille obstupuit. et cū a duobus armigeris et duce et sacerdote veritatē ꝯperisset ordinatiom dei resistendū non esse vidit. et iō pro puero mittens eū esse suum generū approbauit: ⁊ post in imperio regnare instituit.

¶ Moralisatio.

C Arissimi. Iste impator ē deus pater qui propter peccatū primi parentis irat⁹ erat et eum a paradiso expu=lit qui fugiebat in siluā hui⁹ mundi: sed deus volens venari circa aīas misit filiū suū in siluā huius mūdi qn̄ carnem assumpsit de virgine gloriosa et in nocte natus. Rex qui audiuit vocē dicentē sibi. accipe accipe accipe. pōt dici quilz homo qui deberet esse rex sui ipsius ad seipm regendū ꝗtū ad salutem corporis ꝛ aīe sue Unde cuilibet nr̄m dictuz est accipe. ꝛc. Per pmū debem⁹ intelligere primo ꝙ accepisti aiam ad dei similitudinē cre=atā. Per secundū accipe cor=pus cū quinqꝫ sensibus ꝛ oia quattuor elemēta parata ti=bi ad ministrandū. Per tertiū accipe ꝙ si fideliter deo ministraueris vitā eternā accipi=es. ¶ Carissimi attendite diligēter ad hec tria accipe. Un̄ celū dicet tibi que est prima vox. Ministro tibi lucē p diez vt vigiles. tenebras per noctē vt pauses. alterno tibi tēpo=ra vt varietates tollat. Terra dicet. te porto te nutrio. te pane conforto. ꝛ te vino letifico. diuersis aīalibus mensā tuā repleo. Aqua tibi dicet potū tibi prebeo. sordes tuas lauo et diuersa genera piscium ad vsum tuū ministro. Aer dicet Uitalem flatū tibi prebeo: et omne genus auiū tibi mitto ad tuū obsequiū. Uox admo=nentis est mūdus cū dicit. Uide homo quō amaui te qui propter te fecit me. seruio ti=bi et factus suz propter te vt tu seruias illi qui fecit te ꝛ me propꝰ te. Accipe benignitatē redde charitatē. Uox cōminātis est cū dicit ignis. A me cōbureris. Aqua a me submer=geris. Terra a me absorberis. Infern⁹ a me deglutiris. Se=cūda vox quā imperator au=diuit tribus vicibus fuit red=de redde. ꝛc. Quid reddere debes. Primo certe deo animaz mundā quā deus ad suā similitudinē creauit et p ei⁹ passionem redemit. Per scdm red=de. Quid debes reddere. Certe diuina pcepta seruādo de=cimas oblationes et totū corpus in eius seruitio volūtarie offerēdo: vt possis dicere cum psalmista. Reddam tibi vota que distinxerūt labia mea. Per tertiū redde intelligas ꝙ deo debes reddere totū corp⁹ tuū vt eū diligas toto corde tota anima tota mente vt sis pa=ratus pro ei⁹ amore oia patiēter tolerare. Scdz est diligas proximū tuū sicut teipz. Tertia vox fuge. ꝛc. Per primū fuge debes intelligere ꝙ fugere

debes dyabolū per opera mi
sericordie et humilitatis. mū
dum per paupertatē. carnem
per ieiuniū et castitatē. Per
scdʒ fuge intelligas vt inquā
tum poteris vitabis peccata
et propriā voluntatem et mun
di vanitatē et cōsortiū malo=
rum. Per tertium fuge intelli
gas q fugere debes infernuʒ
et eius penā per cōtritionem
et ꝯfessionē et satisfactionē. q2
puer natꝰ est nobis cuiꝰ iperiū
sup hūerū eiꝰ. Puer istū iesuʒ
christum multi ꝑsequūtur et
ipsum q̄tū in eis est cū viciis
et cōcupiscentiis occidūt. Sʒ
duo armigeri .s. potentia diui
na et sua gratia a cordibꝰ ta=
lium puerū iesum rapiūt: q2
puer iesus non libenter quie=
scit nisi in loco mundo. Puer
iesus ponit' in arbore .s. i eccle
sia vbi dux bonus ꝑlatus euʒ
inueniet per opera meritoria
et nutrit mūde: sed homo mi
ser non timēs deū accipit eū
in altari. et tunc poterit de eo
dici qd dicit' i Gen. de ioseph
Fera pessima deuorauit filiū
meū .i. xp̄m. Si vis ergo tute
ꝓcedere occide leporē .s. car=
nē tuā .i. carnales affectiones
per orationes et ieiuniū et ele
mosinā. et sic extrahe cor tuū
vt puer iesus possit saluari et
tecū manere: et filiam tuam .i.
animā desponsare. Sed sepiꝰ
contingit q homo recidiuat et
litteras scribit manu ꝓpria.
&c. Littere iste sūt cogitatio=
nes male et peruerse ad per=
petrandū mala ꝑ que puer il=
le oīno a te extinguitur. et qñ
scribit vxori .i. carni appeten=
do gulam et luxuriā: sed sacer
dos discretus .s. cōfessor atq3
ꝑdicator debet aperire sacrā
scripturam per stiluʒ iratū .i.
mala opera mutare per peni
tentiam: et tunc puer iesus si
ne dubio aīam tuā desponsa=
bit. Ad quā desponsationem
principes erūt vocati .s. virtu
tes cardinales. et sic poteris
cum christo regnare.

¶ De dolo et cōspiratione
et cautela ipsis contraria
Capitulum. xxi.

Iustinꝰ refert q ciues la=
cedemonie simul ꝯspira=
uerunt ꝯtra regē suū et ꝑualē=
tes ꝯtra eū de ciuitate sua eū
indigne expulerūt et a toto re=
gno. Accidit tūc tp̄is q2 rex ꝑ
sarū eandē moliebat' destrue=
re ciuitatem: cū magno exer=
citu ciuitatē obsedit. Rex aūt
expulsus ciuitatē suā q̄uis i=
gratā nō potuit nō amare: sʒ
misertꝰ est eiꝰ. Cū autē explo
rasset et didicisset machina=
tionē regis ꝑsarū cōtra ciui=
tatē suā lacedemoniā: cogita
uit quō posset latenter et pru=
denter totā machinationem

intimare ciuitati predicte. Acceptis tabulis scripsit in eis totam machinationem et vna cũ hoc informationẽ specialem quomodo possent resistere et ciuitatẽ cõtra eum defendere: et cum totũ scripsisset quod voluisset: superliniuit scripturam suã cera. et accepto nuncio fide digno direxit eas ad magnates ciuitat; sed tabulis receptis et diligẽter inspectis nulla littera apparebat: sed tantũmodo cera plana. Questio inter omẽs satrapas facta est de tabulis in cõmuni: vt vnusquisq; diceret imaginationẽ suã qd esset de tabulis faciendũ: sed non est inuentus qui eorũ potuit aperire intellectum. Accidit autẽ q soror pdicti regis audita pplexitate istarũ littarũ petijt a magistratu vt posset eas videre. quibus diligẽter inspectis cepit caliditate feminea par; de cera de tabulis eleuare: apparuitq; statim littera occulta. Cũq; plus de cerã eleuasset plus de littera appebat. sicq; tota cera de lra legi poterat quicqd ibi erat scriptum. Satrape hoc videntes gauisi sunt valde. cõsiliũ litterarum fecerũt et ciuitatẽ fortiter defendebãt & ab oi obsidione liberabant.

Moralisatio.

Carissimi. Per istũ regez deũ oipotentez intelligo qui expulsus fuit de ciuitate sua. i. societate hũana qñ primi parentes nostri cõspirauerunt in paradiso et eius precepta transgressi sunt tanq̃ q dicerẽt. Nolumus hũc regnare super nos. hoc autẽ nõ obstãte rex dñs noster iesus christus ciuitatẽ predictã. s. totũ genus humanũ nullo modo potuit non amare. Nã dilexit nos cũ inimici sui essem9: quia sicut dicit Aplus ad. Ro. Cũ inimici essemus recõciliati sumus deo per mortẽ filij eius. Rex iste dñs noster iesus christus perpendẽs q dyabolus qui est rex sup omnes filios superbie oẽs quasi infinitis machinationibus moliretur destruere accepit tabulas. de q̃bus ad litterã dr. Exo. xxxij. tabulas videl; moysi scripsit q in eis informationẽ sufficientem cõtra demonẽ et machinationẽ ei9. Sicq; per nũciũ fidelẽ. s. moysẽ ciuitati hũani gener; destinauit. Sed scriptura ista fuit sic sublinita quadã cera. i. cerimonijs quibusdam ita q moralia legis non potuerunt plane et apte legi ab vno quoq; tempore legis scripte nec bene intellecte fuerunt questiões multe inter veteres super intellectu istarũ

tabularum. Sed certe nunqꝫ aliquis inuētus fuit qui istarum tabularū intellectū aperire potuit donec vna puella soror regis veniret valde prudens ac de nobili genere producta Domicella ista erat beata virgo Maria mater dei et hominis.s. benedicta et sanctificata. soror et iā regis xpi. nā cū ipsa esset filia regis dauid ƀm carnem: ipsa etiā est filia dei spūalit loquēdo. Iuxta illud. Luce. Huic erat soror nomine Maria. Hec itaqꝫ scilꝫ virgo Maria tabularū legis ātique aperuit intellectū Sed quō: Certe delēdo ceraꝫ Scitis eni ꝯueniente lumine recedit vmbra: ꝛ igne calefaciente defluit cera. modo iste cerimonie fuerūt q̄si vmbra: xps autem deus fuit ignis. et Maria mater eius illuminatrix in die purificationis sue spōte et humilit subiecit se cerimonijs legis lꝫ nō indigeret vt filiū suū ignē diuinū in tēpluꝫ p̄sentaret. Necesse ergo est et fuit vmbrā recedere ꝛ cerā ipam defluere ꝛ auferri. Vn̄ Ps. Sicut fluit cera auferent: supcecidit ignis ꝛ nō viderūt solē. Et qꝛ i die purificatiōis sue cerimonias abstulit: ꝛ sic gem iplenit: ꝛ nos a seruitute diaboli per natiuitatē filij sui liberauit et ad vitā eternā deduxit. Ad quā nos pducat. ꝛc.

¶ Timor mūdanus. Ca.xxij

Narrat augustinꝰ ꝙ quādo egyptij olim volebāt deificare vsidē et serapem isto modo processerūt. Primo per legē statuerūt ꝙ quicūqꝫ eos diceret esse hoies vel aliquis de eorū genealogia narraret caput plecteretur. Statuerūt duas imagines. Scdo vt lex predicta nullū lateret in omi tēplo vbi eorū imagines colebant iuxta eos ponebāt vnū paruū ydolū habēs digitum suuꝫ labijs applicatū vt per hoc faceret signum silentij ingredientibus ista tēpla. ꝛ sic veritas ab omnibꝰ taceretur.

Applicatio.

¶ Carissimi. Reuera homies mūdani ista faciūt tenebrosi opp̄ssores veritatis et subuersores ecclesiastici statꝰ q̄n volunt deificare et glorificare semetipsos vel alios cōsimiles ponunt statiꝫ quoddā ydoluꝫ corā oculis prelatorū facientes signū silentij: ita videlꝫ ꝙ nullꝰ audeat eos arguere nec de eorum factis exprimere veritatem: sed magis eorū errores dissimulare vel potiꝰ magnificare: vt sic propter defectum contradictionis videāt apud populum esse iusti. Et

certe istud idolū est timor mūdanus ꝓpter quē nullus audet dicere veritatē nec mori ꝓpter veritatem nec nimiā persecutionem sustinere: immo ꝓpter istud idolū illi quorū principaliter interest pro suo grege mori fiunt ita timidi sicut lepores: imo quod peius est ipsi fiunt aliis ydolum silentii: quia si ipsi non essent alii defenderent veritatem ⁊ deū qui est veritas pre oculis haberent in omnibus operibus

¶ De spirituali medicina Capitulum. xxiij.

Beatus Augustinus refert ꝙ mos antiqꝰ erat ꝙ corpora imperatorum post mortem eorū comburerentur et cineres in eminentiori loco collocarentur. Contingit autem ꝙ quidam moriebatur cuius cor non poterat comburi. Multis autē super hoc mirantibus oēs rhetores et sapientes illius ꝓuincie citauerunt et ab eis causam inquirentibus tandem dixerunt ꝙ imperator fuit intoxicatus ⁊ propter latens venenū accendi non poterat cor eius: tunc illi extrahētes cor de igne apposuerunt tyriacam. sicqꝫ venenum figurauerunt. et cum iterum cor in ignē poneretur mox in cineres est redactum.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi Sic spūaliter de hoībus veneno peccati mortalis intoxicatis impossibile est vt eorum corda igne spūs sancti accendant̄ nisi per tyriacam. i. per confessionem et contritionē prius peccati macula deleatur.

¶ De suggestione dyaboli ꝑ tēpalia. Ca. xxiiij.

De quodam mago narratur qui habuit quēdam ortum pulcherrimū in quo erant tot flores redolentes tot fructus suaues tot diuitie et delicie ꝙ valde delectabile fuit ibi esse. Hunc locum nullis volebat ostendere nisi fatuis et inimicis suis. Et cum essent introducti viderunt tot ⁊ tanta gaudia ꝙ mirabant̄: instāter querebāt vt in illo possent manere Ille vero nulli consentiebat nisi ꝗ hereditatē eius ei cōcederet Fatui vero credebant ꝙ esset paradisus in quo semper deberent ꝑmanere et hereditatem illorū concesserunt: magus vero de nocte surgebat ⁊ eos dormientes inueniebat ⁊ occidit. ⁊ sic ꝑ ortū istum quasi infinita mala ꝑpetrauit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste magus cū orto suo est mundus iste cum diuitiis suis ⁊ gloria sua. Magus dicit̄ qꝛ per incātatiōes

suas multos seducit sicut isti ioculatores faciūt. Talis po nit scutellā et nihil ponit intus: interim fabulatur et tru fat et ludificat circumstantes postea q̄rit quid est ibi et ap parent denarij: distribuit et dat circumstātibus accipiūt gratanter. ⁊ cū clauserint ma nus credentes se habere de nariū postea aperientes ma nus nihil inueniunt. Sic mū dus iste multos decipit lean tos et illudit: et sic est de mul tis q̄diu nichil est de re sub scutella vel disco: hoc est q̄ diu nihil habet nisi ea tantū que victui sunt necessaria mo dicū curat de mūdo. q̄d videns mundus volens eos decipere eleuat patellā ⁊ ostēdit quod latet. i. modicū eleuat perso nā et exaltat supra vite neces saria vt ad ecclesiā vel prebē dā: et tunc incipit ostendere diuitias et delicias: stati mi ser homo appetit et concupi scit ea que sunt contra salutē aīe sue et dantur ei multa et credit ille ditari et in optimo statu esse: sed si aperiat man⁹ eius nihil in fine inueniet. te ste psalmi. Nichil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manib⁹ suis. Studeamus ergo mun dū istum spernere si desidera mus ad vitā eternā puenire. Ad quam nos perducat ⁊c.

¶ De beneficioꝝ obliuiōe et ingratitudine. Ca. xxv.

Quedam dn̄a nobilis pa tiebatur multas iniu rias a quodā tyranno qui va stabat eius terrā Illa hoc an dies q̄tidie lachrymas emi sit et in amaritudine est aīa eius posita. Accidit a casu q̄ venit quidā pegrinus iuxta eā vbi manebat videns q̄ eius angustiā pietate motus bel lū pro ea dedit eo pacto q̄ si in bello moreret̄: baculū eius et perā puatim in camera eı⁹ custodiret vt memoriā de eō haberet et sibi grata esset. Il la vero fideliter ei cōcessit. pe grinus bellū attēptans tyrā nū deuicit ⁊ ipse in bello vsq̄ ad mortē vulnerat⁹ est. Puel la cū de morte eius audisset fecit q̄d pmisit: baculū et pe rā in camerā suā ante lectum suū pepēdit. Accidit autē q̄ per regna et castra fama vo labat q̄ ista nobilis dn̄a oīa regna amissa recupasset. Hec audiētes tres reges ad eā ve nerūt cū magno apparatu vt eā visitarent ⁊ i vxorē peterēt Illa statim ornauit se ⁊ in oc cursū illoꝝ ambulabat: ⁊ eos q̄ satis honorifice recepit ac in tra se cogitabat. Forte isti tres reges camerā intrare p ponūt: erit mihi opprobriuꝫ si ante lectū meū inuenerint

peregrini perā ꝛ baculū ꝛ iussit ea amoueri nec vltra ibi comparere. Sic pacti sui oblita ꝛ ingrata reperta est.

¶ Applicatio.

¶ Carissimi. Dn̄a ista est aīa humana. Tyrannus dyabolus qui eam priuauit hereditate regni celestis per multa tp̄a: vn̄ ipsa multū dolebat: nec mirū qꝛ in īferno diu posita erat donec pegrinus venerat. s. xp̄s q̄ de celo descendit in peregrinatione istius mundi. Pera eiꝰ caro mūdissima in qua latuit diuinitas ī qua recepit vlnera. Baculus est lignū crucis in quo pependit ꝓ nobis pctōribus. Vn̄ ꝓ aīa fecit victoriā feria sexta vt nos liberaret a pena et vt ei restitueret oīa amissa. Petit ergo īstāter a te vt ꝓ eius amore perā ꝛ baculū custodias: hoc est vt recentē memoriā continue de eius passione habeas īfra camerā cordis tui. Tres reges sunt dyabolꝰ / mūdus / ꝛ caro q̄ veniūt ad hoiem suggerendo: delectando: ꝯsentiēdo. miser hō non p̄meditans de futuris ornat se cū vicijs ꝛ concupiscētijs ꝛ occurrit ꝯcito cōsentit: ꝛ sic amouet memoriā xp̄i: et p ꝯsequēs oblitꝰ est dei. Studeamus ergo eiꝰ bn̄ficia recolere si volumꝰ ad eternū brauiū peruenire.

¶ De humilitate. Ca. xxvi.

Regina quedam nobilis de seruo rustico concepit filiū. Filius post hoc viciose ꝛ male se habuit in conspectu principis p̄ris sui putatiui. Princeps vero a regina diligēter quesiuit an filius suus esset: q̄ tandē per ꝯfessionē regine inueniēs nō esse filiū suū nolens tn̄ ꝓpter hoc eū priuari a regno: regnū suū dedit sibi: sed sic ordinauit ꝙ pānos suos diuersi generis et colorꝭ faceret. medietatē de vili pāno ꝛ aliam de p̄cioso: vt qn̄ vilem respiceret a supbia ꝛ omni vicio quocūqꝫ retraheretur: qn̄ vero nobilē pannū ne omnino deijcereꝭ sed per ista discretū se exhiberet.

¶ Applicatio.

Carissimi. Sp̄ualiter caro nostra ad modū vxoris carnalia diligēs vult nos retinere ne pergamus ad terram ꝓmissionis quotiens peccatum mortale cōmittimus. Quid ergo est nobis faciēdū? Certe debemꝰ dare carni anulū obliuionis vt abstrahaꝭ a delectationibus q̄ sunt scd̄m sensum vt sic obliuiscaꝭ delectatiōes carnales. Sed anulū memorie debꝫ aīa sibi retinere vt videlꝫ in memoria iugiter habeat penas infernales et nouissimū vite sue vt sic

caro obliuiscat peccare. vñ scriptũ est. Memorare nouissima tua et ineternũ non peccabis. Eccl'.vij. Tunicã debemus habere q2 sumus filij rustici hoc est t're. Job.xvij. Putredini dixi: pater me9 es 7c. Uñ si a nobis querat quid est hõ: Certe dicem9 ꝙ hõ ẽ pauper 7 debilis aut stultus aut rusticus.i.ignobilis 7 turpis. Pauper es si indiges potentia: rusticus si indiges nobilitate et stult9 si sapia. ꝙ paup sis ꝓbo. Nichil habes de te nisi peccatũ: si eni reddis oui lanã: boui calciamẽta: terre segetes: nichil tecũ manebit nisi peccatũ. Scdo tu es debilis: q2 nil boni operis potes de te. Uñ hõ ꝯparatur flori q̃ mane est pulcher et splendẽs de sero marcescit. Ite3 fumo. psal. Sicut deficit fumus: sic deficiant peccatores a facie dei Itẽ vanitati. Psal. homo vanitati similis factus est. Tertio tu non es sapiens q2 nõ cognoscis teipm. Quomõ ergo alia cognoscere potes? Quarto tu non es de magna parentela: sed de qua dr Job xvij. Putredini dixi. Pater meus es tu mater mea et soror mea vermibus. Quito tu non es pulcher: q2 cito trãsis et vana est pulchritudo tua. Ideo vna pars pñni est caro vilissima: alia pars nobilissima.s.aia que ad imaginẽ summi regis condita 7 vili corpori infusa est: ꝑ quam hõ redditur supercelestiũ socius et creaturaꝝ dignissima: ergo si ista duo scdm eoꝝ naturã voluerimus obseruare ad regnũ eternũ poterimus peruenire. Quod nobis concedat.

¶ De iusta remuneratiõe Capitulum. xxvij.

Quidã impator erat diues valde 7 potẽs q̃ vnicã filiã habebat pulchrã valde: 7 oculis oim gratiosã: quã miro mõ dilexit itantũ ꝙ qnq3 milites ei pro sua custodia assignauit. Milites vero isti quasi cõtinue armati incedebant et certã prebendã singulis diebus de thesauro regis pro custodia filie accipiebãt. Rex vero quedã senescallum 7 canẽ habebat quos multũ dilexit. Canis vero tribus cathenis erat ligatus: q2 valde crudelis erat et quos potuit apprehendere occidit. Accidit semel ꝙ cum rex in stratu suo iacuisset terrã sanctã visitare ꝑposuit: mane surrexit 7 senescallũ ad se vocari fecit 7 ait ei. Terram sanctã visitare volo: sub tua custodia filiã meã vnicã cum militibus dimitto 7 canẽ quem diligo: precipio tibi sub pena capitis ꝙ

nullū defectum filia mea habeat. Omnia necessaria militibus sm q decet ministres. Canem vero ɔtinue in cathena habeas et ei nō laute administres: sed poti⁹ famē sustineat vt sic ei⁹ crudelitas atq ferocitas annichilet. Senescallus vero oia adimplere fideliter ꝓmisit. Rex vero terram sanctā adijt: et senescallus omnia q̄ promisit et totū preceptū incōtrariū egit. Nā canē de melioribus cibarijs semper pauit: nec eū sicut debuit custodiuit: puelle necessaria subtraxit: et milites prebenda priuauit intantū q dispersi et vagabūdi per mūdū ibant: puella sine custodia sic relicta plorans et eiulās ambulabat in aula sua. Canis cū eam solā vidisset tres cathenas fregit cum quibus ligatus fuit et puellaʒ occidit de cui⁹ morte factus est planctus magn⁹ in ciuitate. Rex vero cum audisset de morte filie sue cōmota sūt omnia viscera eius: senescallum ad se vocari fecit et cur filiā suā sine custodia dimisit: ⁊ milites sine prebenda: et canem contra preceptū eius pauit. Ille vero obmutuit nec aliquid ꝓ eius excusatione allegauit. Rex vero tortoribus precepit vt ligatis pedibus ⁊ manib⁹ eum in fornacem proijcerent ardentem. Omēs regē laudabant q tale dedit iudicium.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Imperator iste est dn̄s noster iesus xp̄s filia tā pulchra est aīa ad dei similitudinē creata. ꝑ cuius custodia quinq milites. i. quinq sensus ordinauit vt ɔtinue bonis operibus essent armati et prebendam gratie dei reciperent. Canis vero est caro misera que die ac nocte nitit perturbare spiritū et animaʒ occidere. Unde de necessitate requiritur q tribus cathenis sit caro continue ligata. s. per timorē dei/ꝑ eius amorē ⁊ pudorem peccandi. Propter timorem: qꝛ deus est iustus ⁊ iuste peccatorē iudicat ad penā perpetuā. Hec est cathena ꝑma cū qua caro misera liget ne deum offendat et salutē ꝓpriā perdat. Scd'a cathena ē amor dei: qꝛ hō tenet ipsū sup oia diligere etiā plusq̄ seipm̄ propter eius amorē teipsum debes refrenare a vicijs ⁊ cōcupiscētijs cauere. Et quare debes ipsuʒ intantū diligere Certe quia te creauit: te plasmauit: te ad similitudinē suā fecit. te redemit: et vitā eternam dabit. Tertia cathena est pudor hois peccare in conspectu dei: qꝛ oia videt etiaʒ

minimam cogitationē quaʒ in corde habes. ꝑpter ista tria homo debet seipm cohibere nullo mō deū per pctm̄ offendere. Senescallus est hō cui tradidit aīam cū quinq̄ sensibus et carnē sic dedit ad regēdum vt pro eis respōdeat qn̄ dn̄s noster iesus xp̄s ad iudiciū veniet. Sʒ miser homo q nō diligit deū cathenas frangit qꝛ postponit dei timorem: non curat cogitare q iusto iudicio hoīem eternaliter damnat: postponit dei amorē: non curat pēsare quāta iudicia amoris ei ostendit: q eū de nichilo plasmauit: ad eius similitudinē fecit: eū sua imagine diuina decorauit: p eo se humiliauit: naturā nostrā assumpsit: ꝓprio sāguie eū redemit nec pudoreʒ peccandi coram dn̄o deo suo habuit. Omia in contrarium ꝑpetrat et animā suā occidit. iō cū venerit dies iudicij tūc apparebit pctōr et nō poterit ad obiectū respondere. Tūc deus tradet eū tortoribus infernalibꝰ sicut ipse testatur. Math.xv. Ite maledicti in ignē eternū. Studeamus ergo ante omnia aīam a pctō custodire si desideramꝰ ad eternam vitam ꝑuenire.

¶ De execrabili dolo vetularum. Capitulum.xxviij

Imperatrix quedaʒ erat in cuius imperio erat quidam miles qui nobilē vxoreʒ et castam atq̄ decorā habebat. Cōtigit q miles ad peregrinādum perrexit: sed priꝰ vxori dixerat. Nullū custodē vltra te dimitto: quia satis credo q nō indiges. Parato comitatu abijt: vxor vero caste viuendo domi remāsit. Accidit semel q ꝓcibus cōpulsa cuiusdam sue vicine epulādi causa domū eius ingrederet: quo peracto ad ꝓpria remeauit: quā quidā iuuenis aspectā acri amore cepit amare et plurimos nūcios ad eā direxit cupiens ab illa quantū ardebat amari. Quibꝰ cōtēptis eū penitꝰ spreuit. Ille vo se oīno cōtēptū vidēs adeo dolēs effic[i]t q infirmabat: sepe tn̄ illuc ibat: sʒ nichil ei valuit eo q dn̄a p oia eū spreuit. Accidit quadam die q iuuenis ad ecclesiā perrexit dolēs ac tristis obuiā ei habuit quandā vetulam in ꝓposito sanctā reputatam: que cū iuuenē tristem vidisset causā tante tristicie ab eo quesiuit. At ille. Quid prodest michi tibi narrare. At illa. Oportet q vulnus tuū detegas si operā medicantis expectas. Iō ostēde michi causam tanti doloris cū dei adiutorio te curabo. Iuuenis cuʒ

hoc audisset ondit ei quomodo dominā dilexit. Ait vetula Perge cito ad domū tuam. qꝛ infra breue tēpus te curabo. His dictis iuuenis ad domū perrexit et vetula ad ꝑpria remeauit. Uetula ista quandaꝫ caniculā hēbat quā duobus diebus ieiunare coegit: ⁊ die tertia panē sinapi cōfectū canicule ieiunanti dedit. quē cū gustasset pre amaritudine oculi eiꝰ lachrymabant tota die. tūc vetula ad domū dn̄e ꝑrexit cū canicula quam iuuenis dilexit intantum statim a dn̄a est honorifice suscepta eo ꝙ reputabat sctā. Dū aūt ad inuicē sederēt dn̄a paruā caniculā lachrymātē respexit: admirabat multū ⁊ q̄siuit causā Ait vetula. O charissima amica noli q̄rere quare lachrymatur. qꝛ tantū dolorē habet ꝙ vix poterit tibi itimari. Dn̄a ꝟo magis ac magis istabat vt diceret Cui vetula hec canicula erat filia mea casta nimis ⁊ decora quā iuuenis q̄dā vehement adamauit: sꝫ adeo casta erat vt oīno spneret illū amorē. vnde iuuenis tantū dolēs pre dolore mortuus est. ꝑ qua culpa deꝰ cōuertit filiā meaꝫ in caniculā sicut tu vides His dictis incepit vetula flere dicens. Quotiēs filia mea recolit ꝙ tā pulchra puella erat ⁊ modo canicula flet et cōsolari nequit: imo oēs ad fletū excitat pre nimio dolore. Audiens hec dn̄a itra se cogitabat Heu me similimodo q̄dā iuuenis me diligit ⁊ ꝑ amore meo infirmat: et totū ꝓcessum vetule narrauit. Uetula hec audiens ait. O carissima dn̄a noli amorē iuuenis spernere ne forte et tu mutaberis in caniculam sicut filia mea qđ esset dānū intolerabile. Ait dn̄a vetule O bona matrona date mihi sanū cōsiliū vt nō sim canicula Que ait. Cito ꝑ illo iuuene mitte ⁊ voluntatē suā sine vlteriori dilatione facias. At illa. Rogo sanctitatem tuam vt tu pergas ad eum et tecuꝫ ducas. scandalū posset esse si alius ad eum accederet. Cui vetula. Tibi cōpatior: libenter tibi eum adducam. Perrexit et iuuenem secum duxit et cum dn̄a dormiuit. Et sic ꝑ vetulā dn̄a adulteriū cōmisit.

Moralisatio.

Carissimi. Iste miles est xp̄s: vxor casta ⁊ decora aīa per baptismū lota: cui dedit deus liberum arbitrium ⁊ sue volūtati tradidit quomodo de hoc mundo ad patrem ascendat. Mulier ista. s. aīa inuitatur ad cōuiuiū quotiens inclinatur ad carnalem cōcupiscentiā. qꝛ cōuiuiū hoīs car

nalis est semper in delicijs viuere. statim iuuenis.i. mundi vanitas eã in quantũ põt allicit vt ei adhereat. Si iſo nõ cõsenserit adest vetula.i. dyabolus q̃ circuit q̃rens quã deuoret aiam.i. principaliter q̃stũ põt sollicitat vt pctõ cõsentiat. Et quomodo? Certe ostẽdit sibi caniculã flentẽ. Canicula est spes lõge vite ⁊ nimia de dei mia presumere: quam multi habẽt intãtũ q̃ cito ad peccatũ inclinanť: q2 sicut canicula ista ex sinapi lachrimabať: sic spes sepius aiam affligit ne ad veritatẽ attingat in tantũ q̃ hõ pctõ cõsentit. Si ergo volum⁹ castitatẽ aie seruare et mũdi deceptionẽ precauere fugiam⁹ mundũ summopere: q2 oĩe q̃d est in mundo aut est sup̃bia vite/aut cõcupiscẽtia oculoꝝ/aut cõcupiscẽtia carnis: ⁊ ideo sũmũ remedium est illum de relinquere si volumus premium eternum obtinere.

¶ Nota de iudicib⁹ malis Capitulum. xxix.

ERat quidam imperator qui statuit ꝑ lege q̃ sub pena graui quilibet iudex recte iudicaret. ⁊ si cõtrariũ faceret nullo modo misericordiam inueniret. Accidit casus q̃ quidam iudex muneribus corruptus falsum iudiciũ dedit. Imperator cũ hoc audiuisset seruis suis precepit vt eũ excoriarent: ⁊ sic factũ est. pellẽ eius i loco vbi i iudex sedere deberet posuit ad significãdũ q̃ ille iudex cogitaret q̃ amplius falsum iudiciũ non daret. Reuero filium iudicis defuncti iudicem cõstituit dicẽs ei. Sedebis super pellem patris tui vt iudices populũ meum. Si vero aliquis affert tibi donum vt declines a via rectã ad pellem patris tui respice ne tibi hoc idem contingat

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste est dñs noster iesus xp̃us qui istam legem edidit. vñ Deuť. Judices et magistratus cõstitues ⁊c. Ipse vero recte ⁊ omi tp̃e nos iudicat q2 pater noster celestis totũ iudicium filio dedit. Judex qui male iudicauit est quilibet homo qui non habet seip̃m xp̃tum ad vite rectitudinẽ iudicare quid ⁊ xp̃tũ cõtra deũ deliq̃t. Si vero aliquis vestrũ sit munerib⁹.i. malis humorib⁹ corrupt⁹ debet excoriari.i. in oĩbus vicijs suis ꝑ penitentiã denudari vt possit dicere verbũ illud Job. Pellem ꝑ pelle. ⁊ q̃cq̃d homo habet dabit ꝑ aia sua. Pellis que ponit̃ ꝑ memoria in sede est xp̃i passio quam homo debet habere retentam in sede

cordis sui ne contra deū ꝛ salutē aīe sue delinquat sicut scriptū est. Memorare nouissima tua et ineternū non peccabis. xp̄s non tm̄ pellem in sede crucis ꝓ nobis dedit: sꝫ etiam vitam. et ideo si veri filii sumus eum per peccatum offendere non debemus Et si cōtingit nos labi respiciamꝰ ad crucem x̄p̄m ꝓ nobis sustinuit vt emendemus cū operibus mie: et per consequens vitam etiā obtinebimus.

De peccato et iudicio. Capitulum. xxx.

Erat quidā rex qui statuit ꝓ lege ꝙ victori de bello redeunti fieret triplex honor. tres molestie Primus honor ꝙ victori obuiabat populus cū leticia. Scōs ꝙ omnes captiui currū eius ligatꝫ manibus et pedibus retro sequebantur. Tertius honor. ꝙ indutus tunica iouis sedebat in curru quē trahebant quattuor equi albi ꝛ ducebātur vsqꝫ ad capitoliū. Ne cuꝫ his honoribꝰ obliuisceret̃ sui triplicēꝫ molestiā oportebat illum sustinere. Prima est ꝙ cum eo ponebat̃ in curru quidam seruilis conditiōis vt daretur spes cuilꝫ q̄tūcūqꝫ vilis conditionis puenire ad talem honorē si ꝓbitas mereretur. Scōa molestia erat ꝙ iste seruus eum colaphizabat: ne nimis superbiret et dicebat. Gnotoseauton. i. nosce teipsum et noli superbire de tanto honore. respice post te / hoīem te esse memēto. Tertia molestia erat ꝙ illa die licebat cuilibꝫ dicere in psonam triūphantꝫ quicqd vellet. s. omnia opprobria.

Moralisatio

Carissimi. Iste impator est pater celestis. victor de bello dñs noster iesus christus qui cōtra dyabolū victoriam obtinuit. Unde in die palmarumꝫ triplex honor ei fiebat. Primo ꝙ ei obuiauit populꝰ qui omnes ꝯtra hierusalem perrexerunt cum ramis palmarꝫ et vestimentꝫ et pueri clamabant. Osanna filio dauid. Secundus honor ꝙ omnes captiui ꝛc. Isti captiui erant iudei ꝛ peccatores in peccatis ligati qui currū humanitatꝫ eius psequebant̃ videntes signa et ꝓdigia que faciebat. Tertius honor ꝙ victor indutus erat tunica iouis. Tunica ista erat diuinitas humanitati interius cōiuncta quā trahebant quattuor equi albi. i. quattuor euāgeliste. qui de eius diuinitate et humanitate loquebantur. Contra istos honores triplex molestia fiebat. s. ꝙ vnus seruilis

conditionis ponebatur cū eo i. latro pessimus. Scd'a mole stia erat ꝙ serui eum colaphi sabant. Sic iudei xp̄o fecerūt dicentes. Prophetisa nobis quis est q̄ te percussit. Tertia molestia ꝙ omnia opprobria ei dicebant. sic iudei in faciē eius expuerunt et opprobria dixerunt.

De rigore mort̄. Cp̄z. xxxj

Legitur de morte alexā dri cum sepultura eius fieret aurea plurimi philoso phi ad eam ꝯuenerūt de qui bus vnus dixit. Alexāder he ri ex auro fecit thesaurum. et nunc ecōuerso aurū ex eo fe cit thesaur⁹. Alius dixit. he ri non sufficiebat alexandro totus mundus: hodie suffici unt ei tres vel quattuor vlne pāni. Alius dixit. heri alexā der populo impabat. hodie populus imperat illi. Alius dixit. heri alexander potuit a morte multos liberare: ho die ipse iacula mortis nō po tuit vitare. Alius dixit. heri terrā premebat: hodie ab ea premit. Alius dixit. heri ale xandrū om̄s timebāt: hodie eum vilē om̄s reputant. Ali⁹ dixit. heri alexander multos amicos habuit: hodie nullū. Alius dixit. heri alexander duxit exercitū: hodie ab illis ducitur sepulture.

Moralisatio.

Carissimi. Iste alexander pōt dici quilibet diues istius mundi q̄ laborauit totaliter in mundanis. Aliqui magis laborant quādo moriunt̄ cir ca funeralia sua cum magna pōpa q̄ȝ circa alam que iacet in penis. Phi. adducti sūt do ctores ac sacre scripture ex positores qui dicunt̄ diuites huius mundi ex auro mūda no. Modo diues huius mun di facit thesaurū hoc est di ctum. homo tenet̄ de bonis mūdanis impleri. i. bonis vir tutibus sicut est dare elemo synā. vestire nudum ⁊c. Et sic facit de eo q̄tū ad alam in ce lo thesaurū. Item dicūt. Nō sufficit auaro mundus: quia q̄to plus habet tanto plus cupit habere. et hoc est fatui tas: qr mundus deficiet sibi in morte. Sed si de om̄i labo re suo duas vel tres vlnas vi lis pāni obtinuerit multū est. Item dicunt. Diuites dū vi uunt iperant. sed post morteȝ quilibet pauper ei imperat. et q̄diu viuit diues multos pōt a morte liberare et tamē nullus diues q̄tūcūq; potēs in necessitate iacula mortis euadere pōt. Item homo ter re dn̄atur: sed in morte ei dn̄a tur: quia totum corpus hois per terrā consumitur. ⁊ q̄diu

homo viuit timetur sicut scriptum est. Facies hominis facies leonis: sed in morte vilis ab omnibus reputatur. Itē quādiu viuit amicos habet: sed in morte omnes recedūt & ipsū solum relinqunt. Quādiu homo vixit potuit multos secū acquirere & ducere: sed in morte ab aliis ducetur. Unde xps dixit petro. Alius cinget te & ducet quo tu non vis.

De inspiratione bona. Capitulum. xxxij.

Refert Seneca q in corporibus venenosis pp̄ter maliciam veneni et nimiam frigiditatē nullus vermis nascit: sed si percussa fuerint fulmine post paucos dies vermes producunt.

Expositio.

Carissimi. Per corpa venenosa intelligo homies in peccato mortali venenatos tales pre frigiditate peccati vermem producere nō possūt et ideo percutit eos deus fulmine dū talibus infundit graciam quā si peccatori recipere voluerit cito cōuerti potest Et ideo sanū ɔsiliū est vt cito per contritionē conuertamur ad christum. Quod nobis. &c.

De iactantia. Capitulum. xxxiij.

Refert eni valerius q homo quidam nomine paletinus flens dixit filio suo et omnib⁹ vicinis suis. Heu heu michi habeo i orto meo arborem infelicem qua vxor mea prima se suspēdit. postmodū secunda. modo tertia. Et ido dolor est michi miserabilis. Ait vnus cui nomē arri⁹. Miror te de tātis successibus lachrimas emisisse. da mihi rogo te tres surculos illi⁹ arboris: quia intēdo inter vicinos diuidere vt quilibet arborem habeat ad vxorem suam suspendendam. & sic factum est

Moralisatio.

Carissimi. hec arbor est sancta crux in qua pependit christus. hec arbor dz poni in orto hois dū aia hz iugem memoriā de passione christi. In ista arbore tres vxores suspenduntur. s. superbia vite. concupiscentia carnis: & concupiscentia oculorum. Homo enim datus mundo tres vxores ducit. Una ē filia carnis q̄ vocat voluptas. Alia filia mundi que vocatur cupiditas. Tertia filia dyaboli q̄ vocat supbia. sed cum peccator gra dei adheret penitētie iste vxores voluntates suas non habentes se suspendunt. cupiditas se suspēdit fune ele

mosyne.superbia fune humi=
litatis. Uoluptas se suspēdit
fune ieiunij ⁊ castitatis. Iste q̄
q̄siuit surculos est bon⁹ christi
anus q̄ toto conamine hoc de
bet appetere et querere. non
tantuz pro se sed ⁊ alijs vici=
nis. Ille qui fleuit ē miser hō
qui magis diligit carnem et
ea que carnis sunt q̄ʒ ea que
sunt spūssancti. Tn̄ sepius ta=
lis ad informationē boni viri
ad rectam vitā poterit duci. ⁊
sic vitam eternam obtinebit.

¶De ponderatione vite Capitulum. xxxiiij.

LEgitur de rege alexan=
dro qui habebat Aristo
telem magistrum de cuius do
ctrina multum ꝓfecit et mul=
tas virtutes ab eo didicit. In
ter cetera a magistro suo q̄si=
uit aliqua sibi et alijs ꝓficua
dici. Ait magister. Fili auscul
ta diligenter et si meā doctri=
nam tenueris ad magnuz ho=
norem peruenies. Septē sunt
que te docebo. Primū est sta=
teram ne trāsilias. Secundū
est ignem cum gladio ne foue
as. Tertium est coronam ne
carpes. Quartum cor auicu=
le ne comedas. Quintū cum ꝓ
fectus fueris non redeas. Sex
tum per viā publicā ne ambu
les. Septimū irundinem gar=
rulantem in domo nō permit=
tas. Rex in istis septem miro
modo studuit ⁊ profecit q̄diu
vixit

¶Expositio.

CArissimi. Statera ista ē
vita humana. Duo im=
pensi sunt ingressus in mūduʒ
⁊ egressus ab eo. Ponatur er=
go homo in vna pēsa .s. in pau
pertate cum qua igressus est:
et in alia paupertate cuʒ qua
egredietur: et inuenit ꝙ eque
ponderabit sicut pauper in=
greditur sic pauper egreditur
Eccl'.v. Sicut egressus est nu
dus de vtero matris sue sic re
uertitur et nichil aufert secū
de labore suo. Item pone in
vna parte statere tempus in
quo peccasti: et tunc quero si=
cut christus quesiuit a patre
filij infirmantis quando ei ac
cidit. Respondit ei pater. Ab
infantia ⁊c. Et ego quero a te
quādo incepisti peccare? heu
respōdebis. Non heri nec pri
die: sed ab infantia. Pone er=
go tempus peccati i vna par=
te ⁊ minus ponderabit. Non
ergo transilies stateram sed
bene pēsa quomodo. pone ad
aliam tempus penitentie: sed
nescis q̄diu possis penitere.
ideo multiplica opera penitē
tie vt eque pōderent tuis ma
lefactis sicut dixit zacheus.
Si quid aliquem defraudaui
reddo quadruplū. Non ergo

transilias vltra istā stateram hoc est nō nimis capias vltra que sunt necessaria victui. sicut legitur de vulture. Vultur cū ceperit predā pbat an totam predā possit secū portare et cū ea volare vel nō. si nō: diuidit ⁊ tantū secū portat q̄ possit secū volare. et sic tantū habet de preda q̄ sibi sufficit Eodem modo homo deberet facere. Multi sunt qui diuitias pro preda ponunt vt diuites fiant nocte dieq̄ laborant. aliena rapiunt et cū habuerint in abscondito ponūt et pillā detinent q̄ ad deū volare nō possunt. et hec est magna fatuitas q̄ illis vtuntur que secum portare nō possūt Diuidatur ergo preda. i. diuitie q̄ sibi necessarium teneat residuū det pauperibus ⁊ sic poterit ad deum volare. Secundum est ignem cū gladio ne foueas. i. iracūdum cū verbis asperis ne prouoces. Ira enī cōparat igni q̄ cuꝫ aliq̄d iracūdo deficit: statiꝫ inflammat. Iste ignis nō est fouēd' gladio. Gladius vero est lingua hominis que ad modum gladij materialis lata est et acuta ex vtraq̄ parte. ps. Ligua eorū gladius acut'. Est eniꝫ de iracūdo sicut de calce In calce est calor sopitus sed supponatur aqua statim inflāmatur et fumū exire facit. Sic est cū iracūdo in quo est ira sopita cū audierit verbā aspera statim inflāmatur ⁊ fumum ire et rixe exire pmittit. et ideo ignem nō debemus fouere cū gladio. Tertiū est coronam ne carpas. i. leges ciuium ne reprehendas. Ciuitas in qua sumus est ecclesia leges huius ciuitatis sunt doctrine eccl'ie quas nullus sapiens debet reprehendere: sꝫ humiliter audire ⁊ imitari. sꝫ ista doctrina multos habꝫ reprehēsores. quod patet ex eo q̄ habet paucos auditores. ⁊ ideo nobis est necesse v̄ba dei audire ⁊ ei' precepta nobiscū firmiter retinere si intendim' ad eternā patriā veīre. Quartum est cor auicule ne comedes. i. nulli aduersitati tēporali tristiciā/odiū/inuidiaꝫ in corde tuo habeas. quia Prouer. xxv. c. Sicut vermes ligno et tinea vestimento: sic tristicia viri nocet cordi. Homo ergo se iungat deo per bonam vitā: et semper habeat in corde recentē memoriā et nullus dolorē sentiet. imo pl' de aduersitate gaudebit. Ibāt apostoli gaudētes. ⁊c. Quintū est cū pfect' fueris nō redeas. i. cū a statu culpe recesseris nō redeas ad vomitum peccati. de ista sapiētia habet. Eccl'e.

xxi. Fili peccasti nõ adijcias vltra. Sed timeo ꝙ multi sũt ad modũ canis. de quibus loquitur petr⁹. Sicut canis reuersus ad vomitũ suũ: sic peccator q̃ iterat vias suas malas. Item est de multis sicut de vipera. Uipera enim volẽs copulari cũ lãpreda fugit venenũ: tunc vipera in quodam loco venenũ euomit: et sic copulatur ei: et postea redit ad venenũ. Sic multi volentes xp̄o copulari i altari euomũt venenũ dum peccata confitẽtur. ſ ʒ postea redeũt ad illud Septum est per viã publicã ne ambules. Uia publica est via peccator; per quã maior pars trãsit: q ꝛ lata est. Mat. vij. Spaciosa est via que ducit ad perditionẽ et multi sũt qui ambulant per eaʒ. Unde notandũ est ꝙ alique sunt bestie que nunq̃ per viã rectam ambulant vt canes fugiant. Sic debet homo dũ est in mũdo et in piculo ꝓpter canes infernales fugere qui eum sequuntur sicut dicit p̄s. Circũdederũt me canes multi. Fugiendum est de tali via: quia ibi sunt venatores dyaboly qui triplici genere venatiõis vtuntur. Tria enim sunt genera venationis et oia sũt dolo plena. Pͥmũ gen⁹ est qui venãt bestias fugitiuas. ⁊ isti faciunt foueas vt eas capiãt Fouee iste sunt vsure et tẽporalia: vt mẽdacia / falsa iuramenta et deceptiones in quibus cupidi decipiuntur. Secundũ genus venationis est q̃ venantur aues. Isti ponũt laqueos qui sunt falsi aduocati ⁊ placitatores ac iudices q̃ per munera corrũpuntur qui faciunt leges vt capiant pauperes. Tertiũ gen⁹ est piscatorũ qui ponũt rhetia sua ad accipiẽdũ oẽ genus humanum. Isti sunt luxuriosi. Mulieres sunt rhetia dyaboli per que fere de omni statu capiũtur aliqui. Septimũ est yrundinẽ garrulantẽ in domo non ꝑmittas. i. peccatũ in corde. ꝯtra qḋ semper murmurat cõsciẽtia. Sicut habetur de Jona q̃diu erat in nauis ꝓfũditate non poterat esse tranq̃llitas maris. Eodem mõ q̃diu hospitatur peccatũ in corde hoĩs: ratione cui⁹ cõsurgit tẽpestas magna dum ꝯtra deũ murmurat cõsciẽtia nec tranquillitas eẽ potest donec Jonas in naui et peccatũ in corde expellatur. et cessabit tempestas. i. remorsus consciẽtie donec peccatum in profundo inferni dem rgatur. Ideo nõ sustineamus irundinem. i. peccatum in corde: sed desideremus vitam eternam obtinere

Ad quam nos perducat. &c.

¶ De pacis reformatiōe et vindicta eam dissipantium. Capitulum. xxxv.

Legitur in gestis romanorum q talis erat consuetudo q cum formari deberet aliqua pax inter magnos iter quos discordia erat ascendebant montem magnum et altum et ducebatur agnus et occidebatur ꝛ in consortiū eorum sanguis eius effundebat in pacis reformationem in signum q quicunqꝫ illorum pacem dissiparet de eo magna vindicta reciperet ꝛ sanguis ei⁹ effunderetur.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Magni dñi fuerunt deus pater et homo. De deo dicit psal. Magnitudinis eius non est finis. De homine qui ad imaginem dei factus est. psalmi. Oīa subiecisti sub pedib⁹ eius. &c. Inter istos magna erat discordia intantū q quotcunqꝫ moriebātur ad infernum descenderunt. Postea facta est pax magna iter deū et hoīem. in cuius pacis reformatione ducebatur agnus id est christus sup montē caluarie vbi occidebat ꝛ effundebatur sanguis ei⁹ in signum q qcunqꝫ eorum paceꝫ dissiparet de eo maxima vindicta reciperetur et sanguis eius effunderetur. Ideo si pactum cum deo fregerimus: grauis vindicta sequetur. Quantam vindictam credis te habere si ea que i baptismo promisisti fregisti?

¶ De cursu vite homis. Capitulum. xxxvi.

Legitur de quodam rege qui ante omnia naturā hominis desiderabat scire In cuius imperio erat quidā philosophus sagax valde de cui⁹ cōsilio operati sunt multi Rex cum de eo audisset nuncium ad eum direxit vt sine vlteriori dilatione ad eum veniret. Philosophus cum voluntatē regis intellexisset venit ad regem. Ait ei rex. Magister a te sapientiam ꝛ doctrinam volo audire. dic michi in principio quid est homo? Ait ille. homo est miser toto tempore vite sue vide principium tuum mediū et finem et inuenies q plenus es miserijs. Unde Job. homo natus de muliere. &c. Si respicis principiū inuenies te pauperem et impotentem. Si medium inuenies mūdum angustiantem ꝛ forte animam tuā condemnantem. Si finem terram te suscipientem. Et ideo domine mi rex nō habeas memoriam superbiendi. Ait rex. Magister quero a te quattuor questiones quas si bene sol

neris te ad dignitates et di=
uitias promouebo. Prima q̄=
stio est quid est homo? Secun=
da cui est similis? Tertia vbi
est? Quarta cū quibus socijs
est? Ait philosophus. Domi=
ne ad primam questionem re
spondeo. quando queris q̄d
est homo. Dico ꝙ est mancipi
um mortis. hospes loci viator
transiens. Mancipiū dicitur:
quia manum mortis euade=
re non potest: quia mors om=
nes labores et dies rapit. et
secundum ꝙ meruit habebit
premium vel supplicium.
Item homo est hospes loci qꝛ
obliuioni traditur. Item est
viator transiens siue dormi=
endo/ siue vigilando / siue co=
medendo / siue bibendo/ siue
aliud faciēdo semper ad mor
tem currit. Ideo debemus ꝑ
viam nobis prouidere de vi=
ctualibus id est de bonis vir=
tutibus. Secunda questio est
cui homo sit similis. Dico ꝙ
similis est glaciei que propter
calorem cito dissoluitur. Sic
homo de terra ⁊ de elementis
cōpaginatꝰ per calorem infir=
mitatis cito dissoluitur ⁊ cor=
rumpitur. Item similis est po
mo nouo: quoniaꝫ sicut pomū
nouū pendens in arbore cum
debet ad crementū debitum
venire: modico tamen verme
interius exorto corroditur et
subito corruens inutile efficit
Sic homo in puericia sua cre
scens subito oritur in eo infir=
mitas interius et aīa expelli
tur et corpus corrūpitur. Vn̄
ergo supbit homo. Tertia q̄=
stio est. Ubi est homo. Dico ꝙ
in bello multiplici. s. ꝯtra mū
dum/ dyabolum/ et carnem.
Quarta cū quibus socijs est
homo. Respondeo cū septem
socijs qui eum cōtinue mole=
stant qui sunt fames/sitis/ca
lor/frigus/lassitudo/infirmi=
tas ⁊ mors. Prepara ergo ani
mam contra dyabolum/mun
duꝫ/et carnē. quoruꝫ bella. i.
tēptationes sunt diuersa. Et
diuersimode preparanda est
aīa vt eis resistat. Caro autē
tēptat nos ꝑ luxuriaꝫ et volu
ptatē. Mundus per diuitiaꝫ
vanitatē. Dyabolus per sup
bie vilitatem. Si ergo caro
temptat te istam adhibe me=
dicinam habeas in memoria
ꝙ caro que te ꝓuocat ad pec
catum vertetur in cineres die
et tempore ignoto: et anima
pro eius delicto penam eter=
nam sustinebit. Sap. ij. Extin
ctus cinis erit corpus nostrū.
Et sequitur. Postea erit obli=
uio ⁊ nemo habebit memoriā
operum nostrorum. Et si iste
cinis sit in memoria tēptatio
nem īpediet ne procedat ad
actū. Si mundus te tēptat ꝑ

vanitatē adhibe istam medicinā. Considera diligenter ipsius ingratitudinē ꝛ nunq̄ sibi seruiendi habebis voluntatem. Nam ita ingratus est mundus et licet per totā vitā tuam illi fideliter seruias nichil apportare tecū te pmittit nisi peccatū. est enī de mūdo sicut de pdice. Perdix habens pullos suos sciēs venatorem appropiquare nido vt venatorem retrahat a pullis venit ppe venatorē: et fingit se posse nō volare. qđ venator credens esse verū insequitur paulatim. Illa volat et ipse post illam vadit sperans illā capere: et sic semper facit donec elongatus est a pullis: et sic decipitur venator q: nec pdicem nec pullos habet. Sic est de mundo. Venator q̄ nido pullorū appropinquat est bonus xp̄ianus qui victū ꝛ vestitū et alia cum labore acq̄rere nitit. Sed mūdus hoīez libēter sustinet: talia applaudit ꝛ simulat ac si sequi vellet ꝛ semp cū honore manere: qđ videns homo sepe ab opibus bonis recedit et mundi vanitatem sequit: ꝛ tunc mundus illum ab amore dei et bonis opibus elōgat. Deinde mors illū subtrahit a seculo et manet ille miser deceptus: q: nō habet mundū quē sequatur: nec fructū bonorū operū a q̄bus elongat. Ecce quomodo mūdus suis seruitoribus reddit mercedē. Et hoc est quod dicit Jacobi. ij. Totus mundus in maligno positus est. Omne quod est in mundo: aut est superbia vite et reliqua.

Tertio si te tēptauerit dyabolus adhibe istā medicinā. Habeas in memoria passionē xp̄i. per quam supbus ceditur et non habet potestatē resistendi. Unde apostolus. Induite vos armaturā dei vt possitis stare ꝛc. Unde refert Solinus de mirabilibus mūdi q: alexander equū quendā habuit q̄ vocabatur bucefalus cuius erat consuetudo q: quando erat armatus et paratus ad bellū nullū sessorez retinebat nisi solum alexandrū. Sed si alius eū ascenderet statim pieciit a se. qñ vero non erat armatus famuli super eum sedere permittebantur. Sic homo armatus christi passiōe nullū recipit in corde nisi impatorē deū omnipotentē. Sed si aliqua tēptatio dyaboli cor suū ascendere velit statim ꝟtute passionis xp̄i habet potestatē deiiciēdi eā. Si vero ista careat armatura dei statim pnuserit ad omnes temptatiōes recipiēdas. Studeam⁹ ergo bonis virtu=

ribus armari vt tandẽ perueniamus ad gloriam dei.

¶ De mentis in celũ erectione Cp̃m. xxxvij.

Refert plinius q̃ aquila in altum volat et nidificat cuius pullis insidiat̃ serpẽs q̃ vocat̃ parias. Qui videns se non posse appropinquare propter altitudinẽ. trahit ad se ventum et venenũ emittit vt aer infectus per venenũ ad pullos deductus illos occidat. Sed aquila ista ex instinctu naturali mirabilẽ adhibet cautellã. Portat enĩ lapidem qui vocatur achates et ponit ĩ nido in illã parte que est contra ventũ. et iste lapis virtute sua venenum expellit ne ad pullos accedat. et sic pulli saluãtur ne interficiant̃

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per aquilam q̃ est ardui volatus et acuti visus homo intelligitur cuius vita et desiderium a terrenis debeat eleuari vt dicere possit cum apostolo. Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. In hac altitudine conuersationis debemus pullos .i. opera nostra bona ꝑponere. tunc serpẽs antiquus .i. dyabolus querit illum occidere per appositionem alicuius peccati mortalis: sed forte propter vite eminentiã propositum suũ non potest adimplere. Tunc vadit dyabolus et temptat illos vento interficere vñ laudem humanã sibi commẽdat que sibi sepius veniet. et si ꝑpter appetitum talis laudis faciat bona opera morientur pulli quo ad meritum. Accipiamus ergo petrã .i. christum et ponamus inter opera nostra et ventum vane glorie: vt sic opera nostra dirigam⁹ ad deum: et erit nobis retributio magna: quia sicut vobis constare debet tres sagittas dñs faciet in homines valde acutas. Prima vocationis. secũda disceptationis. tertia diffinitionis. Sagitta vocationis quãdo dicetur. Surgite mortui venite ad iudiciũ. De ista vocatione habetur Joh. Omnes qui in monumentis sunt audient vocẽ filij dei. Et etiã hieroni. Siue comedam siue bibam semper videtur in auribus meis sonare. Surgite mortui ꝛc. Sagitta disceptationis quando in iudicio dicetur peccatoribus. Esuriui et non dedisti mihi manducare. Sagitta diffinitionis erit quando iudex dicet. Ite maledicti in ignem eternum ꝛc.

¶ De cautela delẽdi peccata. Capitulũ. xxxviij.

Legitur tempore henrici imperatoris secũdi q̃

cum quedam ciuitas obsessa fuisset ab inimicis suis: ante ꝙ inimici venirent ad ciuitatem quedã columba in ciuitate descẽdit circa cuius collum inuẽte sunt littere quas deferebat talis sententie. Generatio canina venit et erit gens contentiosa cõtra quos per te et per alios legem tuã defendas.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per istam colũbã quid itelligere possumus nisi spiritũsanctũ qui in specie columbe descendit super xp̄m qui nobis confert litteras cum nr̄a peccata manifestat et nunciat nobis ꝙ gens contentiosa venit ad obsidionem. i. ad obsidendum nos. s. homines ad perdendum. Et ideo dum lucem habemus et spiritussancti legamus litteras. i. peccata nostra per confessionem detegamus vt legẽ dei seruare possumus et mortem euadere ne clause ꝑ mortem inueniant̃ in confessione non mundate in districto iudicio. Tu ergo diues filij signũ qui sua sapientia nouit diuitias distribuere et auferre habet. tu potens et fortis. signuꝫ pr̄is qui sua potentia pōt te robustũ facere et infirmitatem deijcere. habes tu peccata obstat signũ spiritus sancti qui sua clementia vult peccata nostra ad memoriaꝫ reuocare: nisi ante de⁹ hec signa ostenderet homo iudiciũ non recte crederet fiendũ. Sicut ipse ait. Joh. iiij. Nisi signa et prodigia videritꝫ non credetis.

¶ De recõciliatione dei et hominis. Capitulũ. xxxix.

Legitur in gestis romanorũ ꝙ inter duos fratres tanta erat discordia ꝙ vnus frater oĩs terras alterius destruxit. Audiens hec Julius imperator grauẽ concepit cõtra fratrem ꝑsecutionem. Ille vero impatoris offẽsam percipiens venit ad fratrem suũ cui tot mala intulit petens miam ab eo. rogans insuper eũ quatinus inter imperatorem et ipsum pacẽ reformaret. Circunstantes aũt dixerũt eũ pacẽ non meruisse sed grauem penã. Quibus ille sic respondit. Non est diligendus princeps qui in bello est mitis vt agnus: in pace seuerus vt leo. Licet ergo non promereret̃ frater me⁹ erga me tñ recõciliabo eum si potero: quia iniuria quã michi intulit satꝭ vindicata est in illo ꝙ miam implorat. et sic inter imperatorem offensum et fratrẽ suum pacem reformauit.

¶ Moralisatio

¶ Carissimi. Isti duo fratres sunt filius dei et homo inter quos magna est discordia qñ homo peccato mortali cōsen tit. Et tūc tūc persequitur filiū dei fratrē suū q̄ xp̄tum in eo et vult iteruȝ crucifigere. vñ ad. heb. Iterū crucifigentes filiū dei ⁊c. ppter que offendi tur sūmus imperator pater ce lestis. Accedam⁹ ergo ad fra trē nostrū .i. xp̄m et petamus ab eo miam cū contritiōe cor dis ⁊ illō pro vindicta sufficiē ti reputabit vt nobis culpaȝ nostrā remittat et pacē inter imperatorē celestē et nos re formabit. Si ergo tu times eius iusticiā: fuge ad eius mi sericordiā: q2 maior est eius mia q̄ nr̄a miseria. Uñ psal. Misericordia eius super oīa opera eius.

¶ De modo temptationis ⁊ peritia. Capi. xl.

Legitur vt dicit macrobius q̄ erat quidam miles q̄ habuit vxorē suā suspectā q̄ plus aliū dilexit q̄ ipm propter aliqua audita ⁊ visa sepius: q̄siuit ab vxore si verū esset Illa simpliciter negauit q̄ nullū aliū preter ipm intā tū dilexit. Miles dictis eius nō acquieuit sed quendā clericū peritū adijt et cū eo cōuenit vt de hoc veritatē ei ostenderet. Qui ait. hoc non potero tēptare nisi dñam viderē et cū ea cōfabularem. Et ille. Rogo te cū affectu vt hodie mecū cibū gusles ⁊ ego te cū vxore mea collocabo. Clericus aūt accessit ad domū militis. hora prādij venit: iuxta dñam est collocatus. Finito prandio clericus incepit cum dña de diuersis negocijs habere colloquia. hoc facto clericus manū dñe accepit ⁊ pulsuȝ suū tetigit: deide sermonē de eo fecit cum quo erat scādalisata ⁊ vehementer suspecta. statiȝ pre gaudio pulsus incepit velociter moueri et calefieri q̄diu sermonem de eo traxit. Clericus hoc pcipiēs sermonē icepit de viro suo habere: ⁊ pulsus stati ab oī motu ⁊ calore cessabat. ex hoc percepit clericus q̄ aliū dilexit scȝ de q̄ erat scandalisata plusq̄ pprīū viꝝ. ⁊ sic miles p clericū ad rei vitatē pùenit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi Miles iste ē xp̄s filius dei q̄ p nobis pugnauit contra dyabolū ⁊ victoriā obtinuit Uxor est aīa sibi per baptismum coniuncta. Osee. ij. Sponsabo te michi in fide. Sed vxor ista sepissime plus alium diligit q̄ viꝝ suū id est deū. Et hoc satꝭ bene poterit experiri et probari in istis diebus. Si quis loquatur sicut

faciũt viri ecclesiastici verbũ dei predicando salutẽ anime pronunciando: statim a multis odiosus erit. et quicquid dixerit pro tedio et desolatio ne habebunt. Et quare quia pulsus cordis preponit amo rem.i. delectationẽ carnis et mundi ante dei amorẽ cõtra sacrã scripturã que dicit. Ante omnia deũ diligere debes. Sed si aliqua de mũdi vanitatibus inceperint dicere statim iocundi et leti sunt et tẽpus breue videtur.

¶De victoria et charitate eius nimia. Cpm. xli.

Cosdras iperator atheniensium contra dorenses pugnaturus: cõgregauit exercitũ et super euentu belli consuluit Apollinẽ. Cui responsum est q̃ aliter nõ vinceret nisi ipse gladio iteriret hostili. Dorenses hoc audito dixerunt ne quis lederet corp⁹ regis cosdre. Quod postq̃ cosdras cognouit mutato regis habitu arma accepit et exercitũ penetrauit. Quod vidẽs vnus militũ lancea eum vsq̃ ad cor penetrauit. et sic per mortem suã populũ suum de manibus inimicorũ suorũ liberauit. Tãdem de morte ei⁹ factus est planctus magnus ex vtraq̃ parte populi.

¶Moralisatio.

Charissimi. Sic dilect⁹ dominus noster iesus xp̃s cõsulto deo patre q̃ genus humanum nõ posset redimi nisi ipse moreret. Uenit igitur pugnaturus in bello isto cõtra dyabolum sciens q̃ agnosceretur mutauit habitũ suũ quando naturã humanã assumpsit. i. Corinth. i. Si cognouissent nũq̃ dñm glorie crucifixissent. Imminente vero die belli vn⁹ militum stans iuxta crucẽ cũ lãcea eum vsq̃ ad cor perforauit. et sic per mortẽ suam totũ gen⁹ humanũ morti iuste adiudicatũ liberauit. De cuius morte dolor est ex vtraq̃ parte. hoc est demones multũ dolebant q̃ perei⁹ mortẽ gen⁹ humanum erat saluatũ. Ex alia parte tristes erãt apostoli de nece sui dñi.

¶De defectu charitatis Capitulum. xlij.

Refert enim valerius q̃ i roma vidit in vna columna quattuor litteras quarũ quelibz ter scribebatur Tres ppp. tres rrr. tres sss. tres fff Uisis litteris dixit. heu heu confusionem video ciuitatis istius. Satrape hoc audiẽtes dixerunt. Magister dic conceptum tuũ. At ille. Talis est expositio litterarum. Pater patrie perditur. Sapientia secum sustollitur. Ruunt regna

rome. Ferro flāma fame. Ob postea sic rei probauit euet⁹.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Spiritualiter loquēdo pater patrie est charitas que est dilectio dei et proximi per quā quilibet homo deberet seipsum regere q2 sicut scitis patrē decet filiorū necessaria prouidere. Hinc est q vera caritas nobis puidebit de diuitijs īfinitis in vita eterna. q2 sine caritate īpossibile est nobis vitā eternā obtinere. Sed heu iam pater patrie perditur .i. caritas in terra. Uix eniz aliqs aliū dīligit Et sine dubio sapientia secū sussollitur: quia pauci sunt q sciunt qualiter se habere debeant erga deum et proximū Et si sciant pauci sunt q operantur ppter defectum sapiētie. Quid ergo seqtur postea. Ecce ruūt regna rome. Ruūt regna in diuersis partib⁹ mūdi. Ferro / flāma / fame. q2 nō est caritas in terra / nec sapiētia. et si dicatur sapientia humana: tamen stultia est apud deum. Quot nobiles et proceres infra pauca tēpora in bello perierunt: Quot pauperes fame interierūt: Et hoc totū quia non est amor nec sapientia in terra sed frequens maledictio et homicidium.

¶ q christus clausit infernuz sua passione ꝛ volūtaria morte. Capitulum. xliii.

In medio rome in quodā loco aperta est semel terra: et hyantia infra patuerūt foramina. Super hoc dijs fuerunt interrogati. Respōderūt Nō claudetur hec vorago nisi aliquis voluntarie se imergat. Sed cum hoc nemini persuadere possent. Dicit Marcus aurelius. Si per annū in roma pro libitu meo me viuere sinitis anno elapso gaudēter et voluntarie me imergā. Romani hoc audiētes gauisi sunt cōcorditer cōsenserūt nichil sibi clauserūt. qui rebus et vxoribus libere vtens āno elapso cum nobili equo saltu precipiti se immersit et statiz terra se clausit.

¶ Applicatio.

¶ Carissimi. Roma munduz istū signat. In cui⁹ medio est infern⁹ in cētro: qui erat ap⁹ ante xpi natiuitatē ꝛ infiniti homines in eum ceciderunt. Unde a dijs. i. prophetis recepimus responsum q nunq̄ clauderetur donec virgo pareret filiū qui pro genere humano contra dyabolū pugnaret et anima ei⁹ cum diuinitate ad infernum descenderet. Un scire debetis q nunq̄ decetero apertus erit nisi alqs voluerit p pctm mortale apire.

¶ De inuidia. Capitulum.xliiij

TIberius regnauit qui ante assumptus imperium erat prudens ingenio: clarus eloquio: fortunatus in bello: sed post resolutus militie artibus: nulla bella gerens populum romanum grauiter afflixit. filios proprios pluresque patricios et consules interfecit. temperantiam abiecit qua ante ea tyberius temperatus erat. nunc vero ea abiecta liber vocatur Huic quidam artifex vitrum ductile se posse fabricare obtulit. quod tyberius ad parietem proijciens non fractum sustulit. sed curuatum et artifex malleum proferens et velut cuprum vitrum fabricans mox correxit. Interrogante autem Tiberio ab eo quomodo hoc posset ille dixit neminem hanc artem scire super terram. Quem tiberius mox decollari iussit dicens. si hec ars venerit in consuetudinem pro nichilo aurum et argentum reputabitur.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste tyberius signat aliquos claustrales siue ceteros qui antequam ad dignitatem sunt promoti vel diuitias satis humiles et patientes sunt sed cum promouentur totum oppositum operantur et ideo dicitur communiter. Honores mutant mores. et ps. Homo cum in honore esset non intellexit. etc. Artifex qui vas obtulit potest dici pauper qui diuiti munera aufert sed si ei non placent proijcit nec vult recipere sed magis contra eum accendit et spoliat: imo ad mortem vsque sepius punit.

¶ Quod solum boni intrabunt in regnum celorum. Capi. xlv.

ERat quidam rex nobilissimus sapiens atque diues qui vxorem habuit predilectam que debite dilectionis immemor tres filios iuxta regem genuit qui semper erant regi rebelles et in nullo ei similes. Deinde de regio semine quartum filium concepit et peperit ac nutriuit. Accidit autem vt finito dierum suorum circulo rex moreretur corpusque suum regale in sarcophago clauderetur: post cuius mortem quattuor supradicti pro dominio regni ceperunt contendere. Tandem inter se concordabant vt ad quendam militem veterem regis mortui quondam secretarium specialem accederent: et in iudicio suo simpliciter se ponerent: et sic factum est. Miles autem cum eos pacienter audisset dixit. Audite consilium meum et eo facto bene erit. Expedit vobis vt corpus defuncti regis de sarcophago extrahatis et quilibet arcum cum sagitta paratum habeat: et quicumque profundius corpus eius penetraue-

rit regnū eius obtinebit. Placuit eis cōsiliū. s. patrē de loco suo effodere et ad arborez ligare. Prim⁹ sagittā iaciens manū dexterā regis vulnerabat. Qua de re tanq̄ heres vnicus ⁊ regni dñs proclamabatur. Scd's vero sagittā ꝓpius in os letanter quodāmodo sagitabat. vnde sibi certi⁹ attribuebat. Tertius aūt cor ipsi⁹ ꝑforauit qui se pre ceteris fratribus regnū putabat sine lite certissime possessurū. Quartus vero cū accederet ad corpus ingemuit et voce lamentabili dixit. Heu me pater mi q̄ sic corpus tuū a filijs tuis video vulneratuz. absit a me vt ego corpus patris mei viuum aut mortuū vnq̄ percutiam: his dictis regni principes simulq̄ oīs populus eundem iuuenē eleuātes tanq̄ verum heredem et regni dñm in patris soliū locauerunt. ⁊ alij tres omi dignitati et diuitijs sūt priuati et a toto regno expulsi.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Rex iste sapiēs nobilis ac diues regem regū dñm dñantiū nō incongrue videtur designare. Qui sibi creaturā generis humani tanq̄ sponsam predilectā speciali priuilegio sociauit. Que tādē fornicata post deos alienos debite dilectiōis inmemor tanq̄ adultera tres filios genuit. s. paganos iudeos et hereticos. quorū primus manū regis vulnerauit cū doctrinā xpi qui sedet ad dexteram patris respuit suis famlis a deo missis: per vulnera varia mortis supplicium inferēdo. Scd's filius putatiuus regem regū veraciter sagittauit cū dicerent iudei. Uenite ꝑcutiamus eum lingua: dumq̄ sitim suā felle potarent pariter et aceto. Tertius fili⁹ perfidissimi⁹ cor regis summi nō desinit intoxicato iaculo perforare: dū heretici nituntur fideles quibus est cor vnū et anima vna in dño suis peruerse doctrinē iaculis lacerare. vnde. ps. Exacuerunt linguas suas sicut serpentes. ⁊c. Idem. parauerunt sagittas suas in pharetra. Quart⁹ fili⁹ qui dolet nec vult sagittare est bon⁹ xpian⁹ qui multū timet deuz ⁊ dolet de peccatis aliorū nec vlla ratione vult deum offēdere per peccatū: ⁊ si offendat parat⁹ est satisfacere. talis in die iudicij exaltabit in regnū etnū.

¶ De septē peccatis mortalibus. Capitulū xlvi.

Tullius narrat q̄ in mense maio exiuit quidam

in nemus in quo steterunt septem arbores plene foliis decore aspectu: et tot frõdes collegit q portare nequiuit. Uenerunt tres viri potentes et eũ contra nemus duxerunt. In exitu in foueam profundam cecidit et submersus est p magnitudine ponderis. Itẽ narrat philozofus in libro de aialibus q si volueris facere vt coruus postq nidificauerit in arbore nunq ex ouis pullos producere possit: pones cineres vitri inter arborem et corticem. et qdiu cineres ibi fuerint nunq pullos pducet.

Moralisatio.

Carissimi. Istud nemus est mundus iste diuersis arboribus delectabilib⁹.i. peccatis mortalibus plantat⁹. In isto nemore .s.mundo sunt septem arbores q̃ signãt septem peccata mortalia ex quib⁹ homo colligit et facit pondus quod portare non potest. nec leuare.i.de peccato suo non pgere potest nec ad gratiam dei peruenire qdiu in peccato pmanet: sed ecce tres viri veniunt custodes scilicet nemoris qui ipsum iuuãt scilicet mundus/caro/demonia.et ista visibilia que iuuant hominez diuersis peccatis et ducũt vsq ad exitum nemoris.i.vsq ad exituz a corpore: sed tunc demergit in profundum inferni pre magnitudine suorum peccatorũ. Item coruus est dyabolus.nidus est habitatio in corde per inchoationem iniquitatis. Per vitrum quod diuersorum collorum est intelligitur caro humana. Per cinerem vitri mortis memoria: quia vitruq ex cinere fit et in cinerem reuertitur. Ponatur ergo mortis memoria inter arborem et corticem.i.inter animã et corpus. Corpus est cortex quod bene regat anima: et sic dyabolus nunq prolem pcreabit puerse operationis. Quod nobis concedat. et cetera.

De tribus regibus Capitulum. xlvij.

Rex danorum ad tres reges q̃ stella duce ab oriẽte hierosolimam venerunt: et xpo nato munera obtulerũt: deuotionem habebat eosq in suum adiutorium inuocabat. Profectus ergo predictus rex coloniam cum apparatu magno vbi sacrosancta corpora eorum cum honore debito cõseruant. tres coronas aureas mirabiliter ac regaliter fabrefactas eis obtulit. Insuper plus q sex marcarũ milia cũ ingenti deuotione ecclesijs et pauperibus distribuit: sue fidei exemplum ibidem fideli populo relinquens. Quadam

autem die cum ad propria remearet et membra sopori dedisset: ecce vidit ī sompnis tres reges cum coronis quas portauerat in capitibus preferētes cum ingenti lumine ad se propius accedere: et audiuit singulos singulariter dicere talia. Primus ⁊ senior dixit. Frater mi feliciter venisti. sed felicius ad propria remeabis. Alter dixit. Multa tribuisti: sed tecum plurima reportabis. Tertius dixit. Frater mi fidē ostendisti: sed expletis .xxxiij. annis iugiter in celestibus nobiscum regnabis. Primus ergo dixit offerens ei pixidem plenā auro. Accipe inquit thesaurum sapiētie per quem tibi subiectū populū iuste iudicabis: quia honor regis iudiciū diligit. Secundus pixidē cum mirra ei obtulit dicens. Accipe mirram penitentie. p quam etiam carnis motus illecebrosos effrenabis: quia optime regnat qui seipsū bene regit. Tertius similiter obtulit ei pixidem plenam thure dicens ei. Accipe thus deuotionis et deuote clementie per quod miseros releuabis. quia sicut ros herbaꝫ irrigat vt crescat: sic dulcis clementia regis vsq ad sydera prouehit ⁊ exaltat. Cumqꝫ rex de magnitudine visionis miraretur subito vigilauit: ⁊ pixides iuxta se collocatas reperit qui donum dei letus accepit: et ad propria rediens q̄ in somno viderat deuotissime adimpleuit. Expleto termino supradicto: regna celestia meruit possidere.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste rex pōt dici quilibet xp̄ianus bonus qui tenetur tres coronas afferre trib⁹ regibus. s. patri filio ⁊ spūi sancto. patri tamē reddere coronā honoris quia potēs est. Nō bonū est fidem frangere potenti: quia pōt opprimere ⁊ te annihilare. Istā coronā fidei in baptismo fideliter reddere promisisti qñ dyabolo ⁊ pompis ei⁹ abrenūciasti. Scdam coronā sapiētie ac spei filio teneris reddere: qꝛ sapiēs est ⁊ p nobis passus: ideo spē de eo p̄ ceteris habere debem⁹. ⁊ hoc multiplici de causa. Primo qꝛ tm̄ nos dilexit q de celo descēdit. Naturā nr̄aꝫ assūpsit ⁊ victoriā cōtra dyabolū p nobis obtinuit. Tertio debem⁹ offerre coronā amoris spūisctō: qꝛ ipe est amor pr̄is et filij ⁊ per eū amorē hois et dei poterim⁹ obtinere. Si illa tria puro corde ⁊ charitate pfecta offerim⁹ sine dubio ista q̄ sequunt a pr̄e ⁊ filio et spūsancto obtinebim⁹. A patre the=

saurũ virtutũ: p quas poteri-mus aiam regere cuз corpore cõtra dyabolũ mundũ ꝛ carnẽ et p cõsequẽs regnũ celeste ob tinere. A filio pixidem cũ mir ra. Per pixidem cor mundũ in-telligas a peccatis mundatũ Per mirrã penitentiã: qꝛ ipse prius vitã penitentie in cruce ostẽdit ꝛ petẽtib⁹ ab eo suã gra tiã dat quotidie. A spũsancto thus deuotionis hoc est suaз ꝟtutẽ infundit: per quã deuo ti sumus ꝛ charitate pleni: qꝛ de⁹ charitas est: et p ꝯñs cõeз offẽsionẽ quã p pctm̃ cõtra de um icurrim⁹ p eũ delere pote-rimus: ꝛ sic vitã eternam obti nere. Ad quam ꝛc̃.

¶ De iusta sequela malo-rum. Capitulum. xlviij.

DJonisius refert ꝙ cum perillus eris artifex fal laridi regi tyrãno crudeli qui argentinos depopulabat ꝛ ex quisitis tormẽtis implicabat obtulisset eius crudelitati ni-mis aptũ quendã eneũ thau-rũ nouiter per se factũ in late re latẽter habẽs ostiũ per qḋ imitterent hoies morte puniẽ di: vt supposito igne cremarẽ tur. Et cuз ipsi hoies propter mortis amaritudinẽ clama-rent in tauro non crederet vox esse humana sз feralis: vt sic rex minime ad compassionem moueretur. Rex opus laudãs sed inuentorẽ eius exhortans ait. In te prius excipies et p-babis: qḋ mihi crudeli crude-lior obtulisti. Nulla enĩ equi-or ratio est ꝙ necis artificem arte perire sua: vt dicit Ouidi⁹.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste artifex est malus senescallus sub tyran-no rege: q̃ argentinos .i. iustos simplices spoliat ꝛ eos p tor-menta multis modis affligit: homo vero simplex affert mu-nera vt psecutionem euadat: sed nichil ei prodest. taur⁹ ene-us offertur. factũ est statutuз nouum et lex per quaз simpli ces credũt euadere et per eã puniuntur ꝛ bona amittunt ꝛ tales licet cremantur per cor dis amaritudinem. et clamãt non creditur esse vox humana quia clamorem pauperis po-tentes non libenter audiunt: sed dicũt seruus aut rusticus meus est omnia sua sunt mea sed sepius tales qui alios af-fligũt in eadem vel maiori dã natione puniũtur ꝛ male dies suos finiunt. Unde psal. Uidi impium superexaltatũ: et ele uatum sicut cedros libani. Transiui et ecce non erat.

¶ De subtili dyaboli illu-sione. Capitulum. xlix.

PAulus longobardorum historicus refert ꝙ cona-nus rex vngarorũ obsedit in

foro iuliū castrum dictum fon dat: quem cum de muro cerneret pulcherrimum. Rosinilla ducissa habēs quattuor filios et duas filias scripsit sibi occulte: si me in vxorem duxeris castruz hoc meū tibi dabo. Quo promittente eam se velle ducere castrum ei dedit: filijq; oēs fugerunt. Conan⁹ aūt rex ducisse pmissum tenēs eaz primo die in matrimoniū sibi copulauit. Scdo die.xij. vngaris tradidit eaz publice illudendā Tertio die toto corpore vsq; ad gulā transfigi fecit dicendo. Talis vxor que p libidine sue carnis ciuitatem propriam perdidit: talem debet habere maritum.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste conanus est dyabolus qui obsedit castruz .s. cor humanum cum vicijs et cōcupiscētijs. Rosinilla ducissa .s. que est per dyabolum seducta respicit vltra muros .i. appetit illicita sicut visus mulierem ad concupiscendam et sic de ceteris sensibus. Unde miser homo tantū delectatur q; castrum/ idest cor suum dyabolo quādo peccato ɔsentit. Unde fugiunt quattuor filij .i. quattuor virtutes cardinales ab eo fugiūt. Et sic dyabolus animā occupat cū duabus filiab⁹ .i. delectatiōe mala et voluntate iliqua. Postea tradit eā .xij. vngaris .i. vicijs oib⁹ illudandā Post hec eā occidit qn̄ ad infernuz eā ducit.

¶ De laude recte iudicātiū. Capitulum. l.

Refert valerius q; zelongus consul edidit p lege q; si quis virginem deflorarent vtrumq; oculum amitteret. Accidit q; filius eius filiā vnicam cuiusdam vidue deflorauit. Mater hec audiens imperatori occurrens ait. O domine legem quam fecistis impleri faciatis. Et ecce vnicus filius vester vnicā filiā meam rapuit vi oppressit. Rex hoc audiēs cōmota sunt oīa viscera eius. Precepit vt duo oculi filij sui eruerētur. Dixerunt satrape dn̄o. Tantū vnicū filiuz habes qui ē heres tuus: toti imperio esset damnū si filius tuus oculos amittat. at ille. Nōne vobis cōstat q; ego legē edidi. opprobrium esset michi frangere quod semel firmiter statui: sz quia filius meus est prim⁹ qui cōtra legē fecit: primus erit etiā q̄ penitētie subiacebit. Sapientes dixerunt. Dn̄e pp̄ter deū rogamus vos vt filio vestro parcatis. Ille vero precib⁹ deuict⁹ ait. Carissimi ex quo ita est audite me. Oculi mei sunt oculi filij mei: et ecōuerso. dextrū oculū meū

eruatis: et sinistrū oculū filij mei: tunc lex est impleta: et sic factū est. vnde omnes prudē tiā reg et iusticiā laudabant

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste imperator est dñs noster iesus xp̄s q̄ istā legē edidit. Nam si quis deflorarer virginē. i. aiam p baptismū lotam duob⁹ oculis carere deberet. s. visionē diuinam et gloria eternā amitet. Iste filius regis qui legē fregit est homo qui per peccatū aiam deflorauit. Unde necesse est vt penā sustineat: qr nostra mater ecclesia ad deū clamat quotidie vt homo se emē det in hoc mortali corpore. Isa. clama necesses quasi tuba exalta vocem tuā. Imperator vnū oculū amisit. s. dñs iesus xp̄s vt tm̄ vnum oculuz retineret quando vitā pro nobis exposuit: et ideo oꝫ nos eruere oculū sinistruz hoc est omes concupiscentias. i. carnis delicias per q̄ns vitā eternam obtinebimus.

¶ De iniustis exactorib⁹ Capitulum. li.

Refert iosephus q̄ tiberius cesar requisit⁹ cur prouinciarū presides diu teneret in officijs. Respondit p exemplū. Uidi inquit qnq̄ hominē infirmū vlceribus plenū muscis grauatū. cui cum per flagella muscas expellere voluit michi. Dupliciter me cruciās vñ me ꝯsolari putas abigendo muscas sanguine meo plenas et remittendo vacuas et famelicas. Quis eni dubitet aculeum musce famelice dupliciter affligere magis q̄ plene nisi ille q̄ cor lapideuꝫ habet et non carneum.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Sic p̄sides diu in officio tenti qui rebus post q̄ ditati subditꝫ magis pcūt. Noui autē rectores et vacui deserta iusticia subditos iniquis exactionibus et vexationibus magis ledunt.

¶ De fidelitate. Capitulum. lij.

Ualerius refert q̄ Fabi⁹ redemerat captiuos romanoꝝ pmissa pecunia: quā cū senatus sibi dare nollet ipse fundū vnicū q̄ hn̄s vendidit et pmissum premiū soluit volēs se potius patrimonio priuare q̄ in ppria fide iopē esse

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Fabius iste est dñs iesus xp̄s q̄ ob captiuos s. totū genus humanū a dyabolo captū non pecuniā sed propriū sanguinē dedit in p̄cium volens se potius patrimonio. s. vita ppria priuare q̄ genus humanū dimittere.

¶ De bonis rectorib⁹ nō

mutandis. Cpm. liiij.

Ualerius maxim⁹ refert q cū omnes syracusani mortem dyonisij optarent regis sicilie: qdam femina senectutis vltime sola matutinis horis deos orauit: vt sibi rex supstes fieret in hac vita. Cuius orationis causam dyonisius admirans ab ea qsiuit. Que respōdit. Cū essem puella: grauem tyrannū habens eo carere cupiens peiorē recepi. Quo iterū carere cupiens tertiū peiorē recepi. Timens ergo deteriorē tibi succedere et ideo pro vita tua omi die rogo. Dyonisius hec audiēs amplius ei molestiā nō fecit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. In veteri testamento deus erat valde austerus: nulli pcebat: qz oculū p oculo. dentē p dente ⁊c. Sed modo p carnē nostrā quā assūpsit factus est nobis pius ac propici⁹. Et ideo ↄtinue orare debemus vt aliū dnm non habeamus q dnm nostrū iesum xpm. Ad quem ⁊c.

¶ De regno celesti.

Capitulum. liiij.

Imꝑator Fredericus secūdus vnam portā marmoream construxit miro opere super fontē aque fluentis prope capuā in qua imperator sculptus fuit in maiestate cum duobus aliis iudicib⁹. In semicirculo aūt capitis dextri iudicis hic versus scriptus fuit. Intrent securi qui querunt viuere puri. In semicirculo capitis sinistri iudicis fuit scriptus hic versus. Inuidus excludi timeat vel carcere trudi. In semicirculo capitis imperatoris istud scriptū fuit. q miseros facio quos variare scio. In semicirculo sup portam scriptum fuit Cesaris imperio regni custodia fio

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste est dominus noster iesus christus. Porta marmorea est sācta ecclesia per quam oportet intrare regnuꝫ celeste. Et est situata super fontē aque fluentis. i. super munduꝫ qui semp currit vt aqua iesu xpi cum duobus collateralibus i. cum maria matre iesu et iohāne euangelista q designāt nobis eius miam ⁊ iusticiam Tunc scriptus est versus. Intrent securi. i. pagani: iudei: sarraceni. per baptismū qui querunt viuere puri. i. ab omi pctō purgari sicut pueri innocētes. Alius versus dicit. Inuidus. i. peccator in peccato existens excludi timeat ab ecclesia triumphante et sic in carcere infernali trudi sine fine. In capite imperatoris

erat scriptum q miseri sunt q̄ variant a via veritatis. Et alius dicit. Cesaris imperio i.imperiū dñi nostri iesu christi erit nostra custodia et domus sempiterna.

¶ De reuocatōe peccatricis aie i exiliū satisfactionis misse. Capitulū. lv.

Rex quidem nobilis quē dem filiū formosū; sapientissimum strenuissimū graciosum et morosum habebat Et quattuor filias habuit q̄rū nōia hec erant Justicia/veritas/mia/ꝛ pax. Rex iste voluit filio suo vnico sponsā tradere. Destinauit nunciū ꝓ virgine q̄ esset decora. Tandem inuenit filiā regis hierusalē; pulchrā valde q̄ est tradita filio suo q̄ eā miro modo dilexit Filius iste quēdā seruū habebat: ꝛ ex magna cōfidētia vnū ducatū ad eā custodiendū ei tradidit. Ipse vero ꝓditor seduxit spōsam dñi sui ac violauit ac ducatū deuastauit. Filius cum de adulterio vxoris audisset cōtristat⁹ ē valde et dimisit eam et dedit ei libellum repudij et priuauit eam omni honore suo. Ipsa sic priuata ad magnā egestatem ꝑuenit in tantū q quasi desperata hincinde ambulabat et panem suum mendicabat.

Hoc audiens spōsus eius misertus est ei: nuncium ad ea; misit qui eam reuocaret et ei diceret. Ueni domina ad dñz tuum secure noli timere. Illa vero remisit et dixit. Dic dño meo ad eum venirem libenter sed non possum. Si querat dominus me⁹ quare recuso: dic ei quia lex est talis. Si vir vxorem habuerit ꝛ fornicata fuerit cum altero dabit ille libellum repudij: ꝛ inde non reuertetur ad eū vltra. Ego vero istū libellū repudij recepi: qꝛ fornicatione; cōmisi. ideo redire non potero ad eū. Ait nūcius Dñs meus est vltra legem ex quo legē cōstituit: ꝛ ideo ex q̄ misertus est tui secure ad eū venire poteris. at illa. Quale signū dabit ipse michi q secure ad eū venire potero. Si tū illud ostenderet secura essem. videlicet q veniret dilectus me⁹ ad me osculeturq; osculo oris sui: tūc sum secura q recipit me in grām suam Dñs cū per nunciū hoc audisset: consilium super hoc habebat cū omnibus satrapis curie sue ꝛ regni. Tandem cōsultum est vt mitteret virum sapientem pro ea vt reduceret eam: ꝛ nō est inuentus vnus in toto regno qui se de hac re intromittere vellet. Uir eius cum hoc audisset ad eā nunciū destina

nit q̄ diceret. Quid faciā tibi. non est inuentus aliquis qui te vellet ad me reducere. Illa hoc audiens fleuit amare q̄ non est inuentus qui eā reduceret. Uir eius cū audisset de eius lamētatiōe prexit ad patrē suū ⁊ ait. Dn̄e mi si vobis placet ego ibo ad sponsam meā et a miseria ⁊ dolore suo liberabo eā: et ad placitū vestrū reducā. Ait pater. vade in fortitudine tua et reduc eā. Tūc misit nunciū ad eā qui ei diceret Iam gaude: q̄ ecce venio ad te et reducā te. Soror senior.s.iusticia cū hoc audisset ꝓcessit ante regē et ait. Dn̄e iustus estis et rectū iudiciū vestrū. Ego sum iusticia filia vestra recte iudicastis illā meretricē vt amplius non esset spōsa fratris mei et ei libellū repudij dedistis iusticiā ergo teneat̄. Et si ꝯtra iusticiā opatus fueritis: dico vobis non ero filia vestra iusticia. His dictis venit scd̄a soror.s.veritas ⁊ ait. Pater mi veraciter illā meretricē iudicastis q̄ cubile fratris nostri p adulteriū violauit. Si eā velletis reducere facitis ꝯtra veritatē: ⁊ si sic sine dubio non ero filia vr̄a veritas. Hec audiēs tertia soror.s.mia venit ad patrē et ait. Dn̄e ego sum mia filia tua. Fac ergo miā cū peccatrice q̄ deliquit: q̄ ꝓ cōmisso multū dolet. ⁊ si ei miā nō feceris non ero mia filia tua. Quarta soror.s. pax cū audisset tantā discordiā inter sorores totā terrā voluit derelinquere ⁊ fugā petijt hoc facto iusticia et veritas exhibuerūt gladiū ⁊ regi tradiderūt dicētes Dn̄e ecce gladius iusticie ad occidendū illā meretricē que nos ⁊ fratrē nostrū ꝯfundit. Misericordia hoc vidēs gladium a manibus earum arripuit et ait. Satis diu regnastis et vestrā voluntatem obtinuistis: modo tēpus est vt exaudiar a patre meo: ego sū filia sua sicut et vos. Rn̄dit iusticia. Uerū est multo tp̄e regnauimus ⁊ adhuc volumus regnare. Uerūtamē ex quo inter nos est tanta discordia vocetē frater noster q̄ sagax est in oībus et inter nos iudicet. et sic factū est. Filius vero cū venisset ⁊ audisset altercatiōes inter eas quō iusticia et veritas ex vna parte vindictā petierūt: mia et pax veniā: ait. Carissime sorores ꝓpt vestrā discordiā soror nostra a patre nostro predilecta .s. pax totū regnū dimisit: hoc nullo mō volo pati: q̄ pro sponsa mea adultera parat⁹ sū pati supplicia. Ait iusticia. Si hoc feceris tibi ꝯtradicere nō possumus Dixit ergo ad miā. Tu laboras pro sponsa mea vt re

ducatur. Si vero eam reducā et iterum fornicata fuerit: intendis iterato p ea intercedere. At illa. Nō nisi penituerit. Audiens hec filius pacem sororem suam reduxit et fecit sorores adinuicē osculari. Facta concordia filius de regno descendit et bellū pro sponsa sua dedit et eam cū omī honore ad regnū patris sui reduxit. Et sic ambo vitam in pace finierūt.

Moralisatio.

Carissimi. Rex iste est pater celestis. Filius tā sapiens est dñs noster iesus xps. Sponsa tam pulchra est aia ad dei similitudinem creata. Quatuor sorores/iusticia/veritas/mia/et pax. aia cū seruo dñi.i. cū dyabolo adulterata est quādo ei cōsensit. et ideo eā dñs suus dimisit. Post hoc pius sponsus dedit ei libellū repudij et dimisit eā et priuauit eā omī honore suo in quo erat cōstituta sup opera manuum dñi sicut ait ps. Oia subiecisti sub pedib⁹ eius. Dedit etiā ei ducatū.i. paradisum et illū etiā ab ea abstulit et in miseriā hui⁹ mūdi posuit. Unde dixit: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. vñ Bernardus conqueritur et dicit. Memēto nobilitatis tue. Pudeat deiectionis tue. Ipse vero dñs misertus sponse sue misit ad eam nuncium qui reuocaret eam et diceret. Eleuare eleuare consurge consurge hierusalem solue vincula colli tui captiua filia syon. Illa vero renuit venire et dixit. Dñe libenter redirē sed non possum. Quare? quia tu dixisti per hieremiā. Si vir habuerit vxorē et illa fornicata fuerit cū altero: dabit vir illi libellū repudij et non reuertetur ad eum vltra. Ergo non audeo reuerti a te. Quid ergo faciam tua sunt verba. qui iustus es. et iuste iudicas omia: quomō ergo ad te redire potero? Respōdit dñs per Isayam pphetam Nūquid abbreuiata est manus mea vt saluare nequeam: absit. sed sicut dixi per Ezechielem. In quacūq hora peccator ingemuerit omnium iniquitatum eius nō recordabor. Et licet fornicata sis tamen ad me reuertere et ego recipiā te: vt dicitur in cāticis. Reuertere reuertere sunamitis zc. Reuerte reconciliando te deo patri. reuertere reconciliando te dei filio. reuertere reconciliando te spūi sancto. reuertere recōciliando te angelis quorū cōsortiū tu perdidisti. Illa respondit. Quod signū michi dabis q recipias me. Ait dñs. Pete tibi signū a dño deo tuo in pfundo inferni siue in excelsum supra. At illa

dixit. Non petam: sed veniat
dilectus meus ad me et oscule
tur me osculo oris sui vt sim
secura q me in grãm suã reci-
piat. Cui dñs. Si mulier obli-
ta fuerit infantuli sui: ego nũ
q̃ tui obliuiscar. Ego cogito co
gitatiões pacis et nõ afflictio
nis: et ideo ↄsiliũ habeo. Dñs
vero habuit ↄsiliũ secretũ cũ
tota curia celesti quem mitte
ret ꝓ liberatiõe sponse sue. Et
neq̃ inter angelos neq̃ inter
hoies inuenit aliquẽ q̃ velit
posset vel q̃ dign⁹ esset sponsã
suã redimere. Angel⁹ dicebat
Ego libere cõditionis sũ: illa
seruilis. quare ego reformarẽ
conditionẽ meam. Homo di-
cebat. Non sum dignus pati
ꝓ sponsa tua: qz homo pecca
tor sum. Hoc videns dñs mi-
sit ad sponsam suam dicens.
Quid faciã quia nõ est qui ve
lit aut qui posset te saluare.
Illa hec audiens fleuit ama
re q neq̃ in celo neq̃ in terra
aliquis inuentus est qui eam
liberaret. Pater vero miarũ
et deus totius consolationis
consolabatur eã dicens. Hie-
rusalem sponsa mea ciuitas
mea noli sic flere: qz scito ve-
niet salus tua. q̃re merore cõ
sumeris. Nunqd consiliarius
non adest tibi: quia inouauit
te dolor. Saluet te et liberet te
noli timere. Surrexit ergo fili
us ante patrem et dixit. Ecce
ego parat⁹ sum ꝓ spõsa mea
pati. Ego feci. ego feram. ego
portabo. ego saluabo. Cui pr
Uade in hac fortitudine tua
et libera filiã meã sponsã tuã
de carcere madian / hoc ẽ dya
boli. Hec audiẽs iusticia alle
gauit cõtra fratrẽ suũ supue-
nit veritas et tenuit cũ iusticia
sz mia tenuit cũ fratre suo et
pax quarta soror fugit: quia
nõ erit pax inter deũ et hoiem
Iusticia dicebat mie. Regna-
re volo: qz dicit. Salomõ. Im
mortalis est iusticia et ppetua
Unde ius meũ nulla pscriptio
ↄcludit. Diuturnitas tpis nõ
attenuat sz poti⁹ ↄfirmat Re
spõdit mia Uerũ est q imorta
lis es et ppetua: sz in futuro
nõ modo. Ego volo ꝓ ea inter
cedere qz penitentiã iã agit.
Et sicut tu es filia patris mei
iusticia. sic et ego sum filia mia
et ideo ratio dictat vt me au-
diat sicut et te. Uidẽs ergo fili
us sapiẽs istã discordiã inter
sorores dixit iusticie. Parat⁹
sum tibi satisfacere vt ꝑuale-
at oro mie. Ait ergo iusticia.
Michi placet: sz vellem scire
quõ. Ait fili⁹. Incarnari volo
et naturã hũanã assumere Nũ
qd hoc sufficit. Et dixit filia iu
sticia. Nõ sufficit. Dixit fili⁹.
Circũcidi volo. famẽ et siti pa
ti. tẽptari. tristari. tediũ pati.

sanguinē sudorē stillare. Nū=
quid hec tibi sufficiunt. Et re
spondit illa ꝙ non sufficiunt.
Dixit filius iusticie. Uolo co=
laphis cedi et alapis flagel=
lari. volo cōspui deridi ac de=
relinqui et despici. ⁊c. Nūqd
hec tibi sufficiūt. Respōdit iu
sticia. Nō sufficiūt. Crucē vo=
lo portare et manibus ligari
et pedibus perforari. nūqnid
hec tibi sufficiūt. Et illa. Nō
Aceto potari volo. totum san
guinē exhauriri et i cruce mo=
ri. Mortuus lancea perfora
ri latus. deinde a mortuis re=
surgere. celū ascendere. locū
sponse mee ꝑparare. nūquid
hec tibi sufficiūt. Et illa dixit
O bone frater vt video et fm
ꝙ audio plus diligis sponsā
tuā ꝙ̄ teipm. Jam que dixisti
sufficiunt. Tūc filius dixit ad
miam. Si oia ista q̄ dixi ⁊ q̄ in
corde meo posui fecero ⁊ spō=
sa mea ista ɔtēpserit nūqd ite
rū pro me interpellabis. Et
illa. Non nisi egerit peniten=
tiā. Qui ait. Michi bene pla=
cet. Quotiēs homo peccaue=
rit si penitētiā post hoc egerit
miam sup eum habebo. His
dictis fecit sorores vocari. s.
iusticiā/veritatē/miam et pa
cem: et osculate sūt adinuicē
Tunc filius oia ꝓmissa adim
pleuit et regna celestia ei de=
dit. Unde Bernard⁹ excitās
sponsā ad considerandū gra
tiam sibi a dn̄o impensā dicit
Uideo sponsa in cruce sponsū
tuū capite inclinatū ad oscu=
lum. manuum extensionē ad
amplex⁹. lateris aptionē ad
affectū. totius corporis expo=
sitionē ad cōtēptum. Hausit
igit de ꝓprio sanguine suo et
obtulit patri suo munus pro
dulcissima sponsa sua. Susci
piens ergo pater celestis pre=
clarū munus de manu filij p
qd saluati sum⁹ ad vitā eter=
nam. Ad quam nos. ⁊c.

¶ De memoria mortis. lvi.

Quidā princeps erat qui
multū delectabat venā
ri. Accidit semel cū ad venan
dū prexisset: casu mercator q̄=
dam per eandē viam secutus
est. Uidensq3 principē formo=
sum gratiosū vestimētis ꝑcio
sis indutū ait in corde suo. O
dn̄e deus hō iste multū tibi te
netur. ecce ꝙ̄ formosus ⁊ stren
nuus est ⁊ gratiosus. ⁊ oēs qui
sūt in eius comitatu honeste
sunt induti. His cogitatis di=
xit vni ex familia principis.
Dic michi carissime dn̄s ve=
ster q̄lis est. Qui ait. Est dn̄s
multarū terrarū et potēs ⁊ al
de in auro et argento ⁊ fami=
lia. ait mercator. Multū tene
tur ipe deo. Formosus est ⁊ sa
piens inter oēs quos vnq̄ vi=
di. Ille hoc audiens occulte

oia verba mercatoris dño suo narrauit. Dñs vero circa horā vespertinā cum domū rediret rogauit mercatorē vt secū pnoctaret. Ille cōtra hoc non audebat resistere. Cū principe ad ciuitatē perrexit. cū vero castrū eius intrasset tot diuitias / tot pulchras cameras auro depictas vidit q valde admirabat. Cū autē hora cenandi adesset priceps mercatorē iuxta suam dñam in mensa collocari fecit. Mercator autē cū dñam vidisset tā pulchram et tā gratiosā quasi extra se raptus fuit et ait in corde suo. O deus me⁹ princeps oia que desiderat cor suū hʒ. vxorē pulchraʒ filiā ac filios familiā multā nimis. cū autē sic cogitassʒ: delata sūt fercula ante dñam ⁊ eū. Et ecce cibaria optima in capite vnius defuncti collocata. ⁊ ante dominā posita ⁊ oibus de familia in scutellis argēteis ministrabat in aula. Mercator cū caput mortui ante eū vidisset cōmota sūt oia viscera eius ⁊ ait in corde suo. Heu michi timeo q perdā caput meū i isto loco. Dña vero inquantū potuit eū cōfortauit. Cum vero nox adesset ducit in cameram honestaʒ vbi inuenit lectū paratū cortinis circūuolutū: ⁊ i angulo dom⁹ luminaria magna. Dū vero lectuʒ intrasset famuli ostiū clausersit: ⁊ mercator solus in camera remansit. Respexitqʒ angulum vbi erat lumē ⁊ vidit duos hoīes mortuos per brachia pendētes. Hoc viso inuasit eū timor intolerabilis intantū q descere nō poterat. Mane vero surrexit et ait. Heu michi timeo hodie iuxta illos duos pēdere. Princeps vero cū surrexisset fecit mercatorē ad se vocari ⁊ ait. Carissime. qd tibi placet de me. at ille. Mihi oia bene placent: sʒ qđ michi ministrabatur in capite defūcti vltra q̄ʒ credi pōt abhorrui tantum q comedere nō poteram cū vero in lecto positus fuissē duos iuuenes pendētes in angulo camere vidi. Tantus timor me inuasit q dormire nō poteram. Et ideo dei amore pmittatis me transire. Ait priceps. Carissime vidi sā vxorē meam nimis pulchram et caput defuncti ante eam. ratio est talis. Iste enim cuius erat caput fuit quidam dux nobilis qui vxorem meam sollicitauit et cum ea cōcubuit ⁊ sic adinuicē ꝯmisceri pspexi. Gladiū arripui ⁊ caput ei⁹ amputaui. Unde in signū verecūdie singulis dieb⁹ illud caput āte eā pono vt ad memoriā reducat peccatū quod commisit.

Filius vo defuncti illos duos iuuenes cognatos in camera pendētes occidet. Ideo oīni die corpora eorū visito vt fiā magis feruens sanguinē eorū vindicare. Cum autē adulteriū vxoris recolor mortē iuuenū ad memoriā reduco nullum gaudiū habere potero. Uade ergo carissime in pace et āmodo vitam hois cuiuscūqꝫ non iudices quousqꝫ plenius tibi de veritate constiterit. Mercator ei valefecit et ad mercandum perrexit.

¶ Allegoria siue moralisatō.

Carissimi. Princeps iste est quilꝫ homo xpianus bonis virtutibus per virtutē baptismi ditatus. Qui debꝫ habere pulchram familiam s. sensus interiores et exteriores sine macula peccati. qui debēt homini ministrare et sepius ad venādum pergere. i. opus meritoriū operari. Mercator iste est bonus plātus vl' confessor discretus qui tenet tali associari. domum cordis sui visitare et bonas virtutes ibi plantare sicut fecit xpūs duobus peregrinis venientibus de emaus qui domū hospitij intrauit. Uxor tam formosa est aīa ad similitudinē dei creata que debet in mensa iuxta prelatū sacre scripture collocari vt adiscat ea que sunt salutis. sed sepi⁹ ista aīa cum dyabolo adulterat quādo peccatū mortale ɔmittit. quid ergo est faciēdū. Extrahe gladium lingue et ora ad deū intime. Uñ psal. Lingua eorū gladius acut⁹. Per istū gladiū lingue cū cordis cōtritione et oris ɔfessione poterꝭ hunc dyabolū deuincere. et hoc est caput eius amputare et ante oculos cordis tui semper ponere: qm̄ gratiā tibi dabit dn̄s eū deuincere. penitētiam pfecte agere. hoc est mīe opus exercere. duo iuuenes in camera pendentes quos occidit aduersarius tuus sūt dilectio dei et pximi qui erāt extricti per peccatū primi parentis. et ideo semper debes eos in camera cordis tui tenere vt deū tota mente tota aīa diligas et semper in eius timore pmaneas: qꝛ nescim⁹ si amore vl' odio digni sumus et ad memoriā reducere quātū deus p nobis sustinuit in cruce. vt per amarissime mortis xpi iugē meditationē deueniamus ad regna ppetua.

¶ De perfectione vite.
Capitulum. lvij.

Titus in ciuitate romana regnauit. qui statuit legē qꝫ dies pmogeniti sui ab omnibus sanctificaret. et quicūqꝫ diem natiuitatis fi-

iussum suum per opus seruile violaret morte moreretur. Promulgata lege vocauit magistrum virgilium et ait. Carissime tales legem edidi: veruntamen sepe in occulto poterunt peccata cõmitti: ad quorum noticiam peruenire nõ potero. Rogamus ergo te vt secundum industriam tuam aliquam artem inuenias per quam potero experiri quales sint illi qui contra legem delinquunt. At ille. Dñe fiat voluntas tua. statim Uirgilius arte magica statuã in medio ciuitatis fieri fecit. Statua illa omnia peccata occulta in illo die cõmissa imperatori dicere solebat. Et sic per accusationem statue quasi infiniti homines erant condemnati. Erat tunc quidam faber in ciuitate nomine focus qui in illo die sicut in ceteris operatus est. Cum autem semel in stratu suo iacuisset intime cogitauit quomodo per accusationem statue multi moriebantur. Mane surrexit et ad statuam perrexit et ait. O statua statua per tuam accusationem multi moriuntur: voueo deo meo si me accusaueris caput tuum frangam. His dictis domum perrexit. Hora prima imperator sicut solitus erat nuncios suos ad statuã destinauit vt ab ea quererent si aliquis contra legem cõmisisset. Cum autem statuam venissent et voluntatem imperatoris dixissent. ait statua. Carissimi leuate oculos vestros et videte que scripta sunt in fronte mea. Illi vero cum oculos leuassent tria in fronte eius clare viderunt. s. Tempora mutantur. homines deteriorant. Qui voluerit veritatem dicere caput fractum habebit. Ite dño vestro nunciate q̃ vidistis et legistis. Nuncij preterunt et oĩa dño suo retulerunt. Imperator cũ hoc audisset precepit militibus suis vt se armarent et ad statuã pergerent. et si aliquis contra statuã et contra voluntatem suam aliquid faceret: eum ligatis manibus et pedibus ad eum ducerent. Milites ad statuã perrexerunt dicentes placet imperatori vt ostendas illos qui contra legem cõmiserunt et quales erant illi qui minas fecerunt. ait statuta. Focũ fabrũ accipite. Ille est qui singulis diebus legem violat et michi minas facit. Illũ comprehenderunt et coram imperatore duxerũt. Ait imperator Carissime quid est quod audio de te. quare legem editã illã violas. at ille. Dñe legem seruare non possum: quia omni die octo denarios oportet me habere et illos sine labore nõ po

tero acquirere. Ait imperator Et quare octo denarios? Qui ait. Omni die per annũ duos denarios teneor dare quos mutuaui in iuuẽtute. duos accõmodo/duos pdo/duos expendo. Ait impator. De istis manifestius debes michi dicere. cui ait faber. dñe mi aduerte me. duos denarios omi die teneor patri meo: qr cum essem puer puulus pat meus duos denarios super me singulis diebus expendit. iam pater meus in egestate est positus. vnde ratio dictat q ei subueniã in sua pauptate. et ideo omi die duos denarios ei trado. duos alios denarios filio meo accõmodo q iaʒ ad studiũ pergit: vt si contingat me ad egestatem puenire michi illos duos denarios reddat sicut ego iam patri meo facio. duos alios denarios omi die perdo sup vxorẽ meã qr est michi semp contraria/ aut ppriɛ voluntatis/aut callide cõplexionis et pter ista tria qcquid ei dedero hoc pdo. duos alios denarios sup meipm in cibis et potib' expendo. Leuius bono modo trãsire non potero et istos denarios nõ possum obtinere sine cõtinuo labore. Iã audisti rationẽ. Detis ergo iudiciuʒ rectũ Ait impator. Carissime recte rñdisti: vade ɛ fideliter ammodo labora. Post hoc cito impator defunctus est ɛ factus faber pter suã prudentiã in imperatorẽ eligitur ab oibus qui imperiũ satis prudenter regebat. Ipso mortuo inter alios impatores imago eius depingitur et vltra caput suum octo denarij.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste impator est pater celestis qui statuit p lege q qui diem dñice genitri sui violaret morte moreref. Dies ista est dñica siue dies festiualis ab ecclesia ordinata. vnde in veteri lege ac noua dicif. Memento vt dieʒ sabbati sanctifices: sed heu prochdolor plures illis diebus pctã maiora ɔmittũt q̃ ceteris diebus. Tales poterunt assimilari cuidã pisci in mari tamdiu est bene sibi q̃diu est in mari: sed si ɔtingat p a casu q saltat supra tpe pluuie et pluuia eũ tangat incipit mori: nec per multos dies statũ eius poterit recuperare quousqʒ fuerit de aqua maris saciatus. Eodem modo aliq̃ q̃diu sunt per totaʒ septimanam in mari huius mundi laborantes tãdiu bene videtur eis: sed si contingat eos diebus festiuis ad ecclesiam pergere et aliquẽ dulcẽ sermonẽ

vel missā audire eis vt q̄ sint in magna āgustia quisq̄ sunt in operibus mūdanis refocillati. Uirgilius certe q̄ statuā fecerat est spūssctūs qui p̄dicatorē ordinauerat vt annūciet virtutes ⁊ vicia penā ⁊ gloriā. Sed heu iā poterit dicere p̄dicator sicut statua dixerat. Tp̄a mutant. Hoc satis manifeste vidim⁹ in p̄mittiua ecclīa in oī statu tp̄a erāt meliora q̄ nūc orones ⁊ p̄ces q̄ mō. Terra dabat fructū suū magis abūde: et oīa elemēta que sua erant sunt mutata p̄pter pctā hoim. Hoc apparebat in diluuio noe. Scdo homines deteriorant sicut clare videmus. In antiquo eni tēpore erāt hoies magꝭ deuoti elemosynarij: charitatiui q̄ mō sint. Et quare: qꝛ tot⁹ mūdus i maligno posit⁹ est. Tertio q̄ voluerit veritatē dicere ⁊c. Modo si p̄dicator pctā potentū p̄dicet stati minas ac murmuratiōes habebit. Un̄ Isa. xxx. Loq̄mini verba placentia. Et iō aplūs dicit. erit eni tp̄s cū sanā doctrinā non sustinebūt p̄ domo isrl'. Hoc⁹ est quilꝫ xp̄ianus bonus q̄ fidelit sicut miles xp̄i laborat. Un̄ quilꝫ bonus xp̄ian⁹ tenet singulis diebus patri suo celesti reddere duos denarios s. amorē et honorē. Amorē qꝛ nos tm̄ dilexit q̄ p̄ nr̄o amore vnicū filiū suū de celis descēdere p̄misit ⁊ morte turpissima ɔdenari. Honorē: qꝛ oīa ab ipso p̄cedūt ⁊ sine ipo nullum bonū agere poterimus. Item duos denarios filio accōmodam⁹. Cuiusmodi fili⁹ est. certe ille de quo Isa. dicit Paruulus enim natus est nobis ⁊c. s. filius dei. Et quales denarios debem⁹ ei accōmodare: certe duos oīni die. s. bonam voluntatē et bonū actū q̄diu sumus in hoc mortali corpore: et quādo nos egeni sumus facti in die iudicij q̄n nudi apparebimus tunc ipse nobis reddet illos denarios in vita eterna sicut scriptum est. Centuplū accipietis et vitam eternā possidebitis. Itē duos denarios p̄dim⁹ super vxorem. Uxor ista est caro nostra misera q̄ semper ɔtrariat spūi. Denarij quos expēdim⁹ sup eā sunt mala volūtas et actus malus q̄ cōtinue opantur ex obliq̄ voluntate. Istos duos denarios p̄dim⁹ qꝛ grauiter p̄pter hoc hic vel alibi puniemur. Itē duos denarios oī die sup nosipsos expēdim⁹ si boni xp̄iani sum⁹. s. p̄ dilectionē dei in toto corde: ⁊ dilectionē ad p̄ximū sic ad nosipsos. Carissimi si istos. viij. denarios expēdere volueritꝫ

ad gaudium eternū perueni-
re poteritis.

¶ De confessione. Cap. lviij.

Rex quidam regnauit nomine asmodeus qui statuit ꝙ quicūqꝫ malefactor captus esset ⁊ corā iudice duct⁹ si tres veritates posset dicere tam veras cōtra quas nullus posset obijcere: quin vere sine omni fallacia essent: quin ꝗntū cūqꝫ esset malefactor vitā suā obtineret cū tota sua hereditate. Accidit casus ꝙ quidaꝫ miles cōtra regem forefecit. fugā petijt et in quadā foresta latuit in qua multa mala cōmisit: qꝛ oēs intrantes spoliauit aut occidit. Judex cum hoc audisset isidias in circuitu foreste ordinauit: eū deprehendit ⁊ ligatis manibus ad iudiciū venire fecit. Ait ei iudex. Carissime nosti legē. Qui ait. Etiā dñe. Si debeo saluari oportet me dicere tres v̄itates aut mortē euadere nō possum. Ait iudex. Imple beneficium legis aut hodie morierꝭ at ille. Dñe fac fieri silētium quo facto ait. Dñe ecce hec prima veritas. Uobis oībus denuncio ꝙ toto tp̄e vite mee extiti mal⁹ homo. Judex hoc audiēs circūstātib⁹ ait. Est ne veruꝫ qđ ille dicit. at illi. Si nō esset malefactor ad ista nō venissꝫ. ait ꝫ iudex. Dic scđaꝫ veritatē. Qui ait. Scđa v̄itas est. Michi multū displicet ꝙ in ista forma huc veni. ait iudex. Certe credim⁹ tibi. Dic ergo tertiā veritatē et teipsuꝫ a morte saluasti. ait ille. Hec est tertia veritas. Si semel potero euadere ad istū locū nunꝗ̄ volūtarie in ista forma venirem. Ait iudex. Amen dico tibi satꝭ prudēter te liberasti. vade in pace: ⁊ sic saluat⁹ est.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste est dñs nr̄ iesu xp̄s ꝗ istā legeꝫ edidit. s. ꝙ ꝗcūqꝫ malefactor. i. pctōr p grāꝫ dei captus fuerit corā discreto iudice duct⁹. i. ꝯfessore dicat tres veritates tā veras ꝙ demones cōtra se nō poterūt obijcere hereditatē regni celestꝭ obtinebit. Prima veritas est ego sū mal⁹ hō i. in tali pctō. ⁊ sic de singulis Ecce cōfessio. Scđa v̄itas est displicet michi. ⁊c. i. multum michi displicet ꝙ tantū deuꝫ meū offēdi. Ecce ꝯtritio. Tertia veritas est. Si possē semel euadere pviā satisfactiōis nūꝗ̄ ad pctm̄ redirē voluntarie Et sic per cōsequēs vitā eternam obtinerem.

¶ De superbia nimia ⁊ quō superbi ad hūilitatem maximā sepe perueniunt satis notabile. Capitulū. lix.

Iouinianus imperator regnauit potens valde qui cũ semel in stratu suo iacuiss; exaltatũ est cor eius vltra q̃ credi põt.⁊ in corde dixit. Est ne aliquis deus alius q̃ ego. His cogitatis somnum cepit. Mane vero surrexit ⁊ vocauit milites suos ⁊ ait. Carissimi bonũ est cibum sumere: q2 hodie ad venandũ pergere volo Illi vero parati erant voluntatem ei⁹ adimplere. cibo sũpto ad venandũ perrexerunt Dum vero imperator equitass; calor intolerabilis eũ inuasit in tantũ q videbat̃ ei q moreretur nisi in aqua frigida balneari posset. Respexit a longe aquã latã vidit. Dixit milib⁹ suis. Hic remaneat; quousq; fuero refrigerat⁹. Dextrariũ cuz calcaribus percussit ⁊ ad aquam festinãter equitabat. de equo descẽdit omnia vestimenta deposuit: aquam itrauit et tãdiu ibi remansit quousq; totalit̃ refrigeratus ess; Dũ ibidem expectasset venit quidam homo ei per omia similis in vultu ⁊ gestu ⁊ induit se vestimẽtis eius. dextrariũ ei⁹ ascẽdit ⁊ ad milites equitauit. ab oĩbus sicut psona imperatoris est recept⁹. Finito ludo ad palaciũ cũ militib⁹ perrexit. Post hoc cito Iouinianus de aqua exiuit: s; nec vestes nec equũ inuenit. Admirabat̃ et tristatus est valde: q2 nudus erat ⁊ neminẽ vidit cogitauit intra se: q̃d faciam Ego miserabiliter sũ frustratus. Tandem ad se reuersus dicebat. Hic ppe manet vnus miles quẽ ad militiã promoui. ad eũ pergã vestes ⁊ equũ acquirã: ⁊ sic ad palaciũ meum ascẽdã ⁊ videbo quõ ⁊ per quẽ sũ; cõfusus. Iouinianus totaliter nudus ad castrũ militis perexit: ad ianuã pulsauit Ianitor aũt causã pulsatiõis q̃siuit. ait iouinianus. Ianuã aperite ⁊ qualis ego sũ videte Ille vero ianuã aperuit: et cũ eum vidisset obstupuit ⁊ ait. Qualis es tu: At ille Iouinianus sũ; iperator vade ad dñ; tuũ ⁊ dic ei vt michi vestes ac cõmodet q2 vestes ⁊ equũ pdidi. Qui ait. Mẽtiris pessime ribalde. iã aũ aduẽtũ tuũ dñs iperator iouinian⁹ ad palacium suũ cũ militib⁹ suis trãsiuit: ⁊ dñs me⁹ secũ prexit ⁊ redijt ⁊ iã i mẽsa sedet. s; q2 iperatorẽ te nominasti dño meo nũciabo. Ianitor intrauit ⁊ dño suo ṽba eius retulit. Ille hoc audiẽs precepit vt introduceretur. Miles cũ eum vidisset noticiam eius non habebat: sed imperator eum poptime cognouit. ait ei miles. Dic michi qualis es et q̃d est nomen

tuū. Qui respōdit. Ego sū imperator Iouinian⁹ et ego te ad militiā pmoui tali tpe. ait ille O ribalde pessime qua audacia audes te imperatorē noiare. Iam enim dñs meus imperator ante te ad palaciū equitauit: et ego p viā ei associat⁹ erā et iā sum reuersus. et qr te ipsum imperatorē noiasti impune nō transibis. Fecit eum egregie verberari et postea expelli. Ille vero sic flagellatus et expulsus fleuit amare et ait. O deus me⁹ quid hoc esse potest q miles quē ad militiā pmoui noticiam mei non habet et cum hoc grauiter me flagellauit. Cogitauit apud se prope est quidā dux consiliarius meus ad eū pergam et necessitatē ei ostēdam p quē potero indui et ad palaciū meū reuerti. Cū vero ad ianuam ducis venisset pulsauit. Ianitor audiēs pulsationem ianuam aperuit et cū hoiem nudū vidisset admirabat et aiebat. Carissime qualis es tu et quare sic taliter nud⁹ venisti? Et ille. ego sū ipator a casu equū et vestimenta perdidi. Et ideo ad ducē veni vt michi in hac necessitate succurrat Ideo te rogo vt negociū meum corā dño tuo facias. Ianitor cum verba eius audisset admirabatur. aulam intrauit et dño suo omnia retulit. Ait dux. Introducatur. cum introductus fuisset nullus noticiā eius habebat Et dux ait ad illū Qualis es tu? Et ille. Imperator sum ego et te ad diuitias et honores pmoui quando te ducē feci et consiliariū meū te constitui. ait dux. Insane miser. Perrexi parū ante te cū dño meo imperatore versus palacium et reuersus sū. Et quia talē honorē tibi appropriasti impune nō transibis. Fecit eum in carcerem recludi et pane et aqua sustētari Deinde ex carcere extraxit et egregie verberari et a tota terra post hoc eiici fecit. Ille sic eiectus vltra q credi possit gemit⁹ et suspiria emittebat et intra se dixit. Heu michi quid faciā qr factus sum opprobriū et abiectio plebis. Melius est michi ad palaciū meū pgere et mei de palacio meo noticiam habebunt. Saltem si non. vxor mea noticiā meā habebit per certa signa. Solus ad palaciū accessit. Ad ianuā pulsauit. Audita enim pulsatione ianitor ianuā apuit quē cū vidissz dixit. Qualis es tu? et ille Miror de te q nō nouisti me: quia per tot tpa fuisti mecū Qui ait. Mentiris tu. cū dño imperatore diu steti. Et ille. Ego sum ille. Et si dictis non

credis: rogo te dei amore vt
ad iperatricem accedas ⁊ per
ista signa illa michi vestes im
periales per te mittet: qꝛ a ca
su oīa perdidi. Ista signa que
ꝑ te ei mitto: nullus nisi nos
duo nouit sub celo. Ait iani
tor. Nō dubito quin insanus
sis. qꝛ iam dn̄s me⁹ iperator
in mēsa sedet ⁊ iuxta eū impe
ratrix. Uerūtamen ex quo di
cis te iperatorē esse iperatricī
intimabo ⁊ cert⁹ sum ꝙ graui
ter punieris Janitor ad impe
ratricē perrexit et oīa audita
ei intimauit. Illa nō modicū
contristata ad dn̄m suum cō
uersa est ⁊ ait. O dn̄e mi audi
te mirabilia signa priuata in
ter nos sepi⁹ acta vnus ribal
dus in porta mihi per ianito
rem recitat ⁊ cū hoc dicit se im
peratorē ⁊ dn̄m meū esse. Ipē
cū hoc audisset precepit iani
tori vt introduceret in cōspe
ctu oīm. q̄ cum taliter nudus
introductus fuisset canis qui
dam qui antea multum eum
dilexerat ad guttur suū salta
bat vt eū occideret. Sed per
familiam impeditus est sic ꝙ
nullam ab eo recepit malum.
Item quendam falconē ha
bebat in pertica qui cū eū vi
disset ligaturez fregit ⁊ extra
aulā aduolauit. Ait impera
tor omibus in aula sedentib⁹
Carissimi audite verba mea
que de isto ribaldo dicā. Dic
michi qualis es tu ⁊ ob quaz
causam venisti. Ad ille. O do
mine ista est mirabilis q̄stio.
Imperator sum ⁊ dn̄s istius
loci. Ait imperator omnib⁹ se
dentibus in mensa et circum
stantibus. Dicite michi per
iuramētum vestrum quod mi
chi fecistis quis nostrum im
perator est ⁊ dominus. Aiunt
illi. O domine leuiter respon
demus per iuramētum quod
vobis fecimus. Istum ribal
dum nunq̄ vidimus: sed vos
estis dominus noster et impe
rator quem a iuuentute noui
mus. Et ideo rogam⁹ vna vo
ce vt puniatur: vt omnes exē
plum ab eo capiant ⁊ de tali
presumptione non attēptent.
Imperator ille conuersus ad
imperatricem ait. Dic domi
na michi per fidem qua tene
ris nosti tu istū hoīem qui se
dicit imperatorē et dominū
tuum esse. At illa. O bone do
mine cur talia a me queris.
Nonne plusq̄ triginta annis
in societate tua steti et prolez
per te genui. Sed vnuz est qđ
miror quomō iste ribaldus ꝑ
uenit ad nostra secreta inter
nos perpetrata. Imperator
ille dixit illi qui introductus
fuerat. Carissime quare au
sus fuisti teipm̄ imperatorez
noiare. Dam⁹ ꝓ iudicio vt ad

caudã equi hodie sis tract⁹ et si iterum ausus sis hoc dicere te cõdemnabo morte turpissima. Uocauit satellites suos et ait. Ite et istum ad caudam equi trahite: sed nolite eũ occidere. Et sic factum est Post hec iõ vltra q̃ credi potest cõmota sunt omnia interiora eius et quasi de ipso desperatus dicebat. Pereat dies in qua natus sũ amici mei a me recesserunt. Uxor mea et filij mei nõ nouerunt me. Cũ hoc dixisset ei cogitabat. hic prope manet cõfessor meus. pergam ad ipsũ: forte ipse meam noticiã habebit q2 sepi⁹ confessionẽ meã audiuit. Perrexit ad heremitã et ad fenestram cellule pulsauit. Ait ille Quis ibi: et ille. Ego sum imperator Iouinianus: fenestrã aperias vt loquar tecũ. Ille vero cũ vocem eius audisset fenestrã aperuit. cũ eũ vidisset cum impetu fenestrã clausit et ait. Discede a me maledicte tu nõ es imperator sed diabolus in forma homis. Ille hoc audiens in terram pre dolore cecidit: crines capitis ac barbe dilacerauit et dixit. Heu michi quid faciã ego his dictis recordat⁹ fuit q in statu suo exaltatu fuit cor eius dicẽs. Est ne deus alter preter me. statim ad fenestram heremite pulsabat et dixit amore illi⁹ q pependit in cruce cõfessionẽ meã audite fenestra clausa. Ait ille. Mihi bene placet. q de tota vita sua cũ lachrimis est confessus/ et precipue quõ contra deũ se erexit dicens q non credidit aliũ deũ esse q̃ seipsum. Facta confessione et absolutiõe heremita fenestrã eius aperuit et noticiã ei⁹ habuit: et ait. Benedictus altissimus iam noui te. paucas vestes hic habeo induas te: ad palaciũ perge et vt spero noticiam tuã habebũt. Imperator induit se et ad palacium suum perrexit: ad ianuã pulsabat. Ianitor ostiũ aperuit et eum satis honorifice recepit. Ait ille. Nunquid noticiã meam habes: Qui ait. Etiã dñe peroptime. Sed admiror q per totũ diẽ hic steti et vos exire non vidi. Ille vero aulã intrauit: et omnes eũ videntes capita inclinabãt. Alius imperator erat cũ dña. Quidam miles exiens de camera eũ intime aspexit. Post hec in camerã ẽ reuersus et ait. Dñe mi est quidã i aula cui oẽs capita inclinant et honorem faciunt qui vobis in omnibus assimilatur intantum q quis vestrum est impator penitus ignoro. Impator ille hoc audiens ait imperatrici. Exeas

et videas si eius noticiã habeas. Illa vero foras perrexit et cum eũ vidisset admirabat statim camerã intrauit et ait. O dñe vobis vnũ denuncio q̄ quis vestrũ est dñs meus penitus ignoro. At ille. Ex quo sic est foris pergã et veritatẽ excutiã. Cum a sit aulã intrasset eũ p manũ cepit et iuxta eũ stare fecit. vocauit oẽs milites in aula existentes cũ imperatrice et ait. Per iuramentũ qd michi fecistis dicite qs nostrũ est impator. Imperatrix primo respondit. Dñe mi michi incũbit primo respondere. testis est michi deus in celis quis vestrũ est dñs meus penitus ignoro. et sic oms dixerũt. At ille. Carissimi audite me. Iste homo est impator vester et dñs. nam aliquo tpe contra deũ se erexit pp̄ter qd peccatũ deus eũ flagellauit et hoim noticia ab eo recessit quousq; satisfactionẽ deo fecerit. Ego sum angelus eius custos aie sue qui imperiũ custodiui q̄diu fuit in penitentia. Iã eius penitentia est cõpleta et p peccatis satisfecit ammodo ei sitis obediẽtes ad deũ vos recõmẽdo. statim ab oculis eorũ disparuit. Impator vero deo gratias reddidit et toto tempore vite in bona pace vixit et spm̄ deo reddidit. Quod nobis cõce. rc.

Moralisatio.

Carissimi. Impator iste põt dici quilz hõ totaliter mundo datus qui pp̄ter diuitias et honores in superbiã cordis erigit. Sicut alter nabuchodonosor q diuinis p̄ceptis nõ obediuit. vocat milites .i. sensus. pgit ad venandũ mundi vanitates. iterim calor intollerabilis .i. tẽptatio dyabolica eũ arripit q̄ que scere non põt quousq; in aqs mũdanis sit totalit refrigeratus. Ista refrigeratõ est detrimentũ aie. et sic milites .i. sensus sine custodia hoiez dimittunt quotiensc̄uq; in aq̄ mundana balneari intẽdit. Sz de equo pmo descendit .i. a fide errat: q in baptismo firmiter deo pmisit adherere et põpis dyaboli abrenũciare. Sz q̄ci to totaliter se i aqs mũdanis inuoluit fidẽ frangit. Et hoc est de equo descendere. Deinde deposuit vestes .i. virtutes quas in baptismo recepit. et sic nudus miser in mũdi vanitatibus iacet. Quid est faciẽdũ: Certe vt alius .s. platus q fidẽ et virtutes habet custodire hoc est vestimẽta recipere: q prelato datur potestas soluendi peccatorẽ quotiẽs puro corde ad deum se conuertit Iouinianus cum de aqua

exuit. ꝛc̄. Sic miser homo cū de aqua mūdana p dei grām intendit exire nullā virtutem inueniet: qꝛ oēs per peccatū perdidit. ergo habet materiā dolendi. Quomō ergo debent ꝟtutes recuperari? Certe ad domū militis primo debet pꝰgere. Miles iste est ratio que habet te flagellare: quia rano dictat ꝙ ꝑctū cōtra deū ꝑpetrasti in corde tuo hoc emēdes. Et ideo non poteris teipsum dicere imperatorē. i. xpianum: qꝛ opera xpiani per peccatū pdidisti Ratio ergo te expellit ab oī vicio. Quid est faciendū. Pergas ad castrū ducis. s. ad cōscientiā tuā ꝓpriā que cōtra te grauiter murmurat donec reconciliatꝰ deo fueris: imo ī carcerē te ponit hoc est ī perplexitatē magnā quomodo ꝛ per quā viā deo placere potes ꝛ vulnera ab eo recipere. i. cordis cōpūctionem p que sanguis. i. peccatū exeat. Deīde ad palaciū cordis tui pulsare. i. ītime cogitare quō et qua de causa cōtra deū deliquisti. Janitor. i. voluntas q̄ est libera ostiū cordis tui habet aperire ꝛ te ducere ad primū statuꝫ quem in baptismo accepisti Canis q̄ saltat vt te occidat. ꝛc̄. est caro tua ꝓpria per quam homo sepius occideret̄ nisi deus impediret. Et falco ī pertica extra fenestraꝫ volat. ꝛc̄. i. potētia diuina nō tecū manebit q̄diu ī mala vita iaces. nec vxor. i. aīa noticiam hēbit tue salutis. Quid ḡ est faciendū. Certe vt sis tractus ad caudā equi. Trahi p caudā equi nichil aliud est q̄ꝫ a principio vite vsqꝫ ad ꝑsens quid ꝛ q̄ntum fecisti tantū dolere ꝛ satisfactionē ꝑpetrare. Deinde postq̄ꝫ ista feceris pge ad heremitā. i. discretū cōfessorēꝫ in foresta sancte ecclesie Et de omnibus quibus ꝯtra deum deliquisti pure cōfitearis clausa fenestra. i. priuate non ad laudē hoīm sꝫ ad tuū solamen ꝛ statim deus ꝛ oēs angeli noticiam tuā habebūt Deinde facta cōfessione vestimentis. i. bonis virtutibꝰ poteris indui ꝛ ad palaciūꝫ cordis tui secrete accedere: ꝛ omnes sensus tui cum vxore. i. anima noticiam habebunt. quia verus imperator. i. bonus christianus factus es. et per consequens vitam eternā obtinebis. Ad quam. ꝛc̄.

¶ De auaritia ꝛ eiꝰ subtili conamine. Capi. lx.

Rex quidā erat q̄ filiā vnicam pulchrā ꝛ gratiosāꝫ noīe rosimūdam hēbat Puella ista cū ad etatē denam peruenisset erat tam abilis ī currendo ꝙ citius ad terminum

peruenerat anteꝗ̃ aliquis eā tangere posset. Rex per totū regnū ꝓclamari fecerat ꝙ q̄cunq̄ cū filia sua volebat currere ⁊ ad finē termini ante eā perueniret ipsam in vxorē haberet ⁊ totū regnū post eiꝰ decessum. Si vero aliquis hoc attēptaret ⁊ in cursu deficeret caput amitteret. Facta ꝓclamatiōe quasi infiniti se obtulerunt cum ea currere ⁊ quot quot cū ea currebant oēs deficiebant ⁊ capita amiserunt. Erat tūc quidam in ciuitate pauper noīe Abibas qui itra se cogitabat. Pauper ego sum ⁊ de vili sanguine ꝓgenitꝰ si p aliquā viam possem istā puellam deuincere: nō solū ego ꝓmotus essem sed ⁊ oēs de meo sanguine. Prouidebat sibi de tribus cautelis. s. de serto rosarum quia illa puelle appetunt. Scdo de zona serica quā puelle libenter optant. Tertio de loculo serico ⁊ infra loculū pila quedā erat deaurata. super pilam descriptio talis. Qui mecū ludit nunꝗ̃ de ludo saciabitur. Hec tria ipse in sinu suo posuit: ad palaciū perrexit ⁊ pulsauit. Adest ianitor et causam pulsationis petebat. Qui ait Paratus sū cū puella currere Illa cū hoc audisset quandā fenestrā aperuit ⁊ cum eū vidisset in corde suo despexit et ait. Ecce ꝙ reprobꝰ est cum quo currere debes: tn̄ nō poterat cōtradicere. Ad currēdū se preparauit. Ambo adiuicē currebāt. cito puella ad magnā distātiā añ eum cucurrit. Abibas cū hoc vidisset sertū rosaꝝ ante eā ꝓiecit. viso serto puella iclinauit se ⁊ sertū leuauit ⁊ i capite posuit. Tātū in serto delectabaꝫ et expectabat ꝙ abibas añ eā cucurrit. Puella cū hoc vidisset ait in corde suo Nūꝗ̃ filia pr̄is mei cū tali ribaldo debet copulari statim sertum ꝓiecit in quandā foueā ꝓfundā ⁊ post eū cucurrit ⁊ apprehendit. Quē cū apprehendisset alapam dedit ei dicēs. Siste gradū miser: non decet vt filius pr̄is tui in vxorē me ducat: statim ante eū cucurrit. Abibas cū hoc vidisset añ eā zonā de serico ꝓiecit. Quā cū vidisset inclinauit se ⁊ eā leuauit se succinxit ⁊ tn̄ de ea delectabatur ꝙ ibidē morā traxit et iterū abibas longe ante eā cucurrit Puella cū hoc vidissꝫ fleuit amare et zonam accepit ⁊ i tres partes fregit: post eum cucurrit et apprehendit Queꝫ cū apprehendisset manum leuauit et ei alapam dedit dicens. O miser me in vxorem non habebis. Statim añ eū longe cucurrit. Abibas cū

hoc vidisset expectabat quousq ipsa ppe esset. Hoc facto loculū de serico ante eā pieecit. viso loculo inclinauit se et loculū leuauit aperuit pilā deauratā intus inuenit: superscriptionē legit. Qui mecū ludit nunq ludo saciabit. incepit tantū et tandiu ludere cū pila q abibas citi9 ad finē puenit et eā in vxorem tenuit.

¶ Moralisatio.

CArissimi. Jmpator iste est dñs noster iesus xps. Filia pulchra aia ad dei similitudinē creata que velociter in bonis operibus currit q̄diu in puritate vite manet intantū q eā peccatū mortale vincere nō pōt. Clamor factus est zc. Clamor iste nihil aliud est q̄ q homo se defendat et ptegat ptra dyabolū mundū et carnē. Et si bellum contra ista tria aggreditur et victoriā obtinuerit tunc peccata mortalia succūbunt: et hoc est capita amittere. Abibas est dyabolus q cū viderit hoiem supasse p opa mie pulsdet sibi de tribus cautelis. s. de serto. Sertū istud est superbia: qr sicut sertū nō ponitur nisi sup caput vt ab hoibus videat. sic supbus semp videri vult. et iō dicit Aug9. Cū supbum videris filiū dyaboli nō esse dubites. Cū igit hō vtit serto supbie statī currit dyabol9 ante eū. Quid g est faciēdū. Certe vt sertū supbie pijciat in foueā hūilitatis et sic dyabolo dabis alapā et eū dimittes. Post hec puella se inclinauit et zonā leuauit et aspexit. zona ista est luxuria quā dyabolus proijcit ante hoiem. Cum tamen cōtra tales dicat Gregorius. Succingite lumbos vestros in castitate. Si ergo succingis te zona luxurie statim dyabol9 ante currit de bona vita tua te impedit. Quid ergo est faciēdū. Certe vt zona luxurie in tres partes frāgatur. s. in orōnē ieiuniū et elemosynā. et sic per pñs dyabolū vinces. Post hec dyabolus loculū an hominē pijcit. Scitis q loculus hz duas cordas ad aperiēdū. Cor vero est loculus quod dz esse clausum inferius q̄tū ad terrena et supius apertū q̄tū ad celestia ad grām suscipiendā. Due corde que claudunt sunt timor dei et pena eterna per que duo cor hois claudit ne intret peccatū. Pila in loculo sepius inuenitur in cordibus nostris. s. auaricia aut cupiditas: qr sicut pila mouet ad omnē differentiā positionis: sic et auarus mouetur in terra. mouet in mari. nō cessat pes eius currere: nec cor

cogitare quomō ꝛ per quam viam bona mūdana poterit acquirere. Superscriptio est qui mecū ludit.i.qui cū cupiditate incipit vitā ducere vt vix aut nunq̄ȝ poterit sustinere:sicut dicit Seneca. Cū oīa peccata senescunt sola cupiditas iuuenescit. Ideo timēdū est de aliquibus qui tantū cum pila ludunt cupiditatis ꝙ dyabolus ipos occupabit:q2 sicut dicit aplus. Radix oim maloꝝ est cupiditas Studeamus ergo vitā nostrā sic in piis operibus dirigere vt vitam eternam valeamus attingere.

De pmeditatiōe semp habenda. Cpm. lxi.

Claudius regnauit qui vnicaȝ filiam habebat gratiosam et decorā valde.q̄ cum semel in stratu suo iacuisset itme de filia sua cogitabat quō eam pmouere posset Ait intra se. Si eā in vxorem diuiti stulto tradidero filiam meā perdā. Si vero pauperi sapienti per eius sapientiaȝ ei necessaria large acquiret. Erat in ciuitate tunc quidaȝ phs noie Socrates queȝ rex dilexerat vocauit eum et ait. Carissime nūquid tibi placȝ filiā meā in coniugē accipere Et ille. Etiaȝ dn̄e peroptime Et ille. Ex quo ita est dabo tibi eam et sub illa ꝯditione ꝙ si moriaꝛ filia in tua societate vitā tuam amittes. Eliges ergo eā accipe vel dimittere. Et ille Michi bene placet eā accipe sub ista ꝯditione. Rex nuptias celebrauit cum magna solennitate. Per quedaȝ tpa vitam duxerunt in quiete et sanitate perfecta. Post hoc vxor socratꝭ vsq3 ad mortem infirmabaꝛ. Hec audiēs socrates ꝯtristatus est valde. Quandā forestā intrauit: fleuit amare. Dū sic esset in dolore rex alexander in eadē foresta venabatur. Miles q̄dā alexandri socratem vidit ad eū equitabat et ait ei. Carissime cuius homo es. Et ille. Homo talis dn̄i sum ego: qui seruus dn̄i mei est:dn̄s est dn̄i tui. Ait miles. Non est maior dn̄o meo in toto mūdo: sed ex quo talia dicis ducā te ad dominū meū ꝛ audiemus q̄s est dn̄s tuus de quo tot et tanta presumis. Cum autē corā rege alexandro ductus fuisset ait ei. Carissime quis est dn̄s tuus de quo talia dicis ꝙ seruus eius est dn̄s meus. At ille. Dn̄s me9 est ratio. seruus eius voluntas. Sic est ergo ꝙ tu per voluntatē regnū tuū ꝛ non per rationē hucusq3 gubernasti Ideo seruus dn̄i mei hoc est voluntas est dn̄s tuus

Audiens hec alexander ait. Carissime prudenter respondisti vade in pace. Ab illa die cepit rex regnū suū ratiōe gubernare et non volūtate. Socrates vero solus forestam intrauit ꝛ fleuit amare ꝓ sua cōiuge. Senex quidā ad eū venit ꝛ ait. O bōe magr̄ ob quā rē affligit aīa tua. Et ille. Filiā reg; sub tali ꝯditiōe despōsaui ꝙ quocūq; tpe ipa in societate mea moriat ego vitā meā amittā. et iam ad mortē infirmat: et hec est causa doloris mei. Ait senex. Fac ꝯsiliū meū ꝛ post factū non penitebis. Uxor tua est de sanguine regū. Cū rex minut⁹ fuerit vxor tua pect⁹ ꝛ vbera liniat de sanguine pr̄is sui. Deinde in ista foresta tres herbas inuenies de vna ei potionē facies. de aliis duab⁹ vnū ēplastrū: ponat vbi dolorē sentit. ꝛ si istā doctrinā ipleueris sanitatē pfectā inueniet. Socrates oīa ipleuit ꝛ vxor ab omni infirmitate ꝯualuit. Rex vero cū audiss; ꝙ socrates tā sollicite ꝓ infirmitate filie sue laborabat eū ad magnas diuitias et honores ꝓmouit.

¶ Moralisatio presentis hystorie.

Carissimi. Iste rex est ihs xp̄s dn̄s noster. Filia tā pulchra aīa ad dei similitudinē creata. Istā puellā non diuiti s; pauperi socrati. i. homini dedit. ꝙ sit pauper ecce Job. i. Nudus egressus sum de vtero matris mee ꝛc. Sed carissimi scire debet; ꝙ sub tali ꝯditione dedit dn̄s nr̄ iesus xp̄s hoi aīam vt si in eius societate moreret per peccatū mortale vitā suam. s. eterna; amittat. si ergo aīa tua in infirmitatē p pctm̄ cecidit: fac sicut fecit socrates itra forestā i. sanctā ecclesiā in qua inuenies senē. i. discretū ꝯfessore; de cuius ꝯsilio saluari poter; Alexāder q̄ venat⁹ est: est hō mundanus q̄ potius regulat volūtate q̄ rōne. s; p sacram doctrinā emendat si p peccatū infectus es pmo linias pectus tuū cū sanguie. i. recētē memoriā de xp̄i passiōe habeas i corde. deīde collige tres herbas. s. ꝯfessionē / ꝯtritionē et satisfactionē. De pma facias potionē. s. de pctis semp dolere. de aliis ēplastrū. i. penitentiā. vt sic p ꝯsequens ad diuitias vite eterne ꝓmoueri possis. Ad quā nos pducat iesus xp̄s q̄ viuit ꝛ regnat cum deo patre ꝛ filio ꝛ spūsctō.

¶ De pulchritudine fidelis aīe. Cpm. lxij.

Gaius regnauit prudens valde: i cuius regno mulier quedā erat noīe florenti=

na miro modo pulchrā ⁊ gra-
tiosa. vnde tāta pulchritudo
erat in ea ꝙ tres reges eā ob
sidebāt ⁊ a quolꝫ rege viola-
ta. Post hec iter reges ꝓpter
nimiū amorē ꝯmissum est bel
lū et quasi infiniti hoies ex oī
parte occubuerūt. Satrape
imperij hec audiētes oēs ad
regē venerunt dicentes. Dñe
illa florētina in regno tuo est
tam pulchra ꝙ quasi infiniti
quotidie ꝑ eius amore occi-
dunt. ⁊ nisi citius remediū ap
ponat quotquot sūt in regno
peribūt. Audiens hec rex lit-
teras scribi fecerat anulo suo
signatas ꝙ sine vlteriori dila
tione illa ad illū veniret. Pre
co cū litteris ad eam prexit ⁊
anteꝙ ad eā ꝑuenit defuncta
est. Rediit ꝑco: de morte florē
tine regi nūciauit. Rex cōtri-
status est valde ꝙ eam videre
non poterat in sua pulchritu
dine. oēs pictores regni ad
eū cōuocari fecit. Cū autē ve
nissent ait rex. Carissimi hec
est causa quare ꝑ vobis misi
Erat quedā mulier noie florē
tina in tāta pulchritudine ꝙ
quasi infiniti occubuerūt pro
eius amore. Defuncta est et
eā non vidi. Ite ergo ⁊ cū oīm
industria imaginē eius depin
gite cū sua pulchritudie per
quam potero discernere quō
tot occubuerūt ꝑ eius amore

At illi. Dñe rem difficilē vos
queritis. tanta erat in ea pul
chritudo et decentia ꝙ oēs
pictores orbis imaginē eius
non depingerent q̄tū ad oīa
excepto vno pictore q̄ latet in
montibus ille solus est ⁊ non
alius qui voluntatē vestram
adiplere poterit. Hec audiēs
rex pro illo pictore destinauit
Qui cum ad eū venisset ait ei
Carissime de tua īdustria in-
formati sumus: vade et ima-
ginē florentine ꝑ oīa depin-
ge in sua pulchritudine ⁊ con
dignā mercedē dabo tibi. At
ille. Rem difficilē queris. Ue-
runtamē michi concede vt in
conspectu meo oēs pulchras
mulieres totius regni saltē ꝑ
vnā horā habeā ⁊ faciā qđ ti
bi placebit. Rex vero fecit oēs
cōuocari et in conspectu eius
stare. Pictor quattuor pul-
chriores ex eis elegit ⁊ alias
licentiauit vt ad patriā suaꝫ
redirent. Pictor ille cū rubeo
colore imaginē eius cepit depi
gere. ⁊ q̄ illaꝝ q̄tuor mulierū
hēbat magis faciē gratiosaꝫ
aut nasum ⁊ sic de ceterꝭ mē-
bris hoc in imagie posuit: ita
ꝙ ex q̄libet muliere aliquā ꝑ-
tem accepit et imaginē ꝯple-
uit. Cū vero ꝯpleta fuisset ima
go: venit rex vt eā videret. Qui
cū vidissꝫ ait. O florentina si
vixisses vltra oēs istū picto-

rem deberes diligere q̄ depin xit te in tanta pulchritudine.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste rex est pater celestis florētina tā pulchra est aīa ad dei similitudinem creata. Tres reges dyabolus mūdus ꝛ caro. per istos tres reges aīa ꝑpter peccatū primi parentis erat obsessa ꝛ a quolibet violata. vñ tot occubuerunt ꝑ peccatū q̄ oēs ante aduentū xp̄i ad infernum descenderūt. Hoc videntes satrape hoc ē patriarche et ꝓphete de remedio clamabant dicentes. Dñe mitte nobis quē missur⁹ es. alij. Emitte agnū dñe dñatorē terre. ꝛc. De⁹ vero misit preconē. s. beatum Johēm baptistam. sicut scribit Malach. i. Ecce ego mitto angelum meū q̄ preparabit. ꝛc. Sȝ heu ꝓhdolor lōge ante eius aduētū mortua est aīa. Pictores sunt vocati qui se excusauerunt. ꝛc. i. in celo inter angelos in terra inter hoīes. s. patriarchas ꝛ ꝓphetas non est inuētus vnus qui sciuit vel potuit imaginem. i. animam depingere q̄tum ad suam propriam pulchritudinem. Pictor qui de mōtibus venerat est dñs nr̄ iesus christus qui descendit de celis vt istam imaginem reformaret. Et quomodo. certe cū rubeo colore. i. ꝓprio sanguīe. Elegit q̄ttuor mulieres pulchriores ꝛc. Pro prima muliere dedit esse cum lapidibus. Pro secūda. vegetare cum plātis. Pro tertia sentire cū aīalib⁹. Pro quarta intelligere cū angelis. Rex cum vidisset dicebat. O florētina. i. anima multum deberes istum pictorem dñm nostrum iesum christum ante omnia diligere qui suo ꝓprio sanguīe te depinxit in tāta pulchritudine.

¶ De mūdanoꝝ delectationib⁹. Capitulum. lxiij.

Vespasianus regnauit q̄ filiam pulcherrimam habebat cui nomen aglaes: que erat nimis pulchra ꝛ oculis omniū gratiosa: ita q̄ eius pulchritudo omēs alias mulieres excellebat. Accidit quodā vna dierum q̄ cum filia ei⁹ ante eum staret eā intime respexit et ait ei. Carissima nomen tuuȝ mutabo ꝑpter pulchritudinē corporis tui. sit nomē tuū āmodo dña solacij in signū huius vt oēs q̄ aduenerint tristes cum gaudio recedant. Rex vero iuxta palaciū quendam ortū pulcherrimuȝ hēbat ī quo sepius cā solacij ambulauit. fecit ꝓclamari ꝑ totum imperiū q̄ si quis filiam suam vxorē habere vellet ad palaciuȝ suum veniret

et infra ortū tribus aut quatuor diebus spaciaret. deinde rediret si filiam suā in vxorē habere vellet. Facta proclamatiōe multi ad palaciū suū venerūt. ortū intrabāt ⁊ nūq̄ postea visi sūt: et quotquot venerūt null⁹ ex eis euasit. Erat tūc quidā miles in partibus longinquis cū audisset de clamore q̄ si quis ad palaciū veniret filiā regis in vxorē haberet venit ad ianuā palacij et pulsauit. Janitor ostium aperuit et eū introduxit. ad regē accessit ⁊ ait. Dn̄e mi clamor factus est cōis vt si quis ortū vestrū itrauerit filiā vestrā in vxorē hēbit: ideo huc veni. Ait rex. Ortū intrate et si exieritis eā habebitis. Qui ait. Dn̄e mi vnū michi ɔcede. Peto instanter anteq̄ ortū itrauero vt aliqua verba cū puella loq̄ potero. At ille. Michi bene placet. Accessit ad puellā et ait. Carissima nomē vestrū est dn̄a solacij. ad hoc tibi datū est vt oēs qui tristes ad te veniunt cū gaudio redeāt. sed ego nimis tristis ⁊ desolatus ad te venio. Hbe ergo michi cōsiliū ⁊ auxiliū quō cū gaudio recedere potero. Multi āte me venerunt et ortū intrauerūt nec vnq̄ amplius visi sunt. Si ḡ michi idem casus cōtingeret ve michi dicere potero q̄ ego in coniugē te desideraui i matrimonio. At illa. Tibi veritatē dicā et tuā tristiciā in gaudiū cōuertam. In orto illo est quidā leo ferocissim⁹ qui oēs intrantes interficit: et per eū oēs qui intrauerūt rōne psone mee sūt interfecti. Arma corpus tuū totū ferro a plāta pedis vsq̄ ad verticē capitis et sint omnia arma tua cū gūmi linita. Cū vero ortū intraueris leo statim in te irruet ɔtra eū viriliter pugna: ⁊ cū lassus fueris ab eo te separabis. Ille vero per brachiū vel pedē te tenebit cū dentibus intātū q̄ per arma gummata dētes eius pleni erūt q̄ tē parū poterit ledere. Tu vero cū hoc pceperis gladiū euagina et caput eius amputa. Sed aliud est adhuc periculū in orto illo Est tantū vnus introit⁹ ⁊ sunt diuersa diuerticula ita q̄ qui semel intrauerit vix exitū inuenire poterit. Et ideo ɔtra illō periculū dabo tibi tale remedium. Globū fili tibi concedo vt cū ad ostiū orti pueneris filū globi in porta liga: ⁊ sic per filū in ortū descende. ⁊ sicut vitā tuā diligis globū fili ne perdas. Miles vero p oīa adimplevit sicut dixerat puella. armatus ortū intrauit. Leo cū eū vidisset toto conamine in eū irruit. Miles viriliter se de

endit: et cū lassus erat saltū a b eo fecit. Leo eū p brachiū tenuit intantū q dentes eius gūmi pleni erant. Miles cum hoc percepisset gladiū extraxit et caput leonis amputauit. Ille vero intantū gaudebat q filū per qd descēdit perdidit. Ille vero tristis ac dolēs ortuȝ tribus circuiuit diebus et diligenter globū q̄siuit: de nocte inuenit. cū vero venissȝ non modicū gaudēs per filum ascendit quousq ad portā puenit. filū soluit ad regeȝ perrexit. et filiam suā dn̄am sola cij sibi vxorē obtinuit de quo multum gaudebat.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste imperator est dn̄s noster iesus xp̄s Filia tam pulchra dn̄a solacij est regnū eternū. Qui vero voluerit regnū eternū ac celeste habere oportȝ vt p̄mo ortū hui9 mundi intret et p aliq tempora q̄diu deus voluerit ibidē expectet. Ps. Cōstituisti terminos ei9 qui p̄teriri nō poterunt. Eccl's. iij. Unus est interitus hoim ⁊ iumentorū: sȝ in mūdo tot sunt diuerticula per q̄ nescit hō finem suū. nec vbi. nec qn̄. nec quō mori dȝ. Leo vero est dyabol9 qui circuit q̄rens quē deuoret. vn̄ q̄si infiniti p eū sūt occisi. Quid est ergo faciendū. Si volum9 regnuȝ celeste obtinere: certe debem9 bonis virtutibus stabiliter armari ita q arma nostra sint gūmata. Per gummi elemosinā intelligere debem9 q2 sicut gūmi duo adinuicem iūgit: sic elemosina aīam cum deo. Un̄ pp̄ha dicit. Sicut aq̄ extinguit ignē ita elemosyna peccatū. Deinde debes accipere globū fili. ⁊c. Globus iste baptismus est. Un̄ in p̄ncipio vite tue op3 incipere a baptismo. Deinde a ꝯfirmatione. et sic p cetera sacramēta in mūdū istuȝ descēdere. Sed leo. i. dyabol9 parat9 est ꝯtra te pugnare. Contra eū viriliter pugnare debes ⁊ caput ei9. i. potestatē per bona opa auferre. Sed sepe ꝯtingit q postq̄ hō de dyabolo triumphauerit sicut multi faciūt in quadragesima: post pascha redeunt ad peccata ⁊ sic globū fili. i. virtutē sacramēti pdunt. Fac ergo tu sicut fecit miles si p peccatū virtutes pdidisti multū dolere debes ⁊ pgas iter triū dierū p ꝯtritionē cōfessionē et satisfactionē m. et sic inuenire poteris ea q̄ perdidisti. Et sic cū veneris ad portā mortꝭ qn̄ aīa separat a corpore poterꝭ ad dn̄am solacii puenire. i. ad gaudiū eternū. Ad qd. ⁊c.

¶ De dn̄ica incarnatione. Capitulum. lxiiij.

Uidā rex regnauit qui tres virtutes habebat. Primo erat fortior oībus hominib⁹ in corpore. Scđo sapiētior. Tertio pulcrior qui diu sine vxore vixit. Tandē venerunt amici eius ad eū ꝛ dixerunt. Dñe bonū est vxorē ducere et plem generare: qꝛ non est bonū sine vxore stare. At ille. Carissimi vobis constat ꝙ satis diues ꝛ potēs sum: ideo diuitijs nō indigeo. Ite ergo per castra ꝛ regna et mihi virginē speciosam ac prudentē q̄rite. et si ista duo in aliqua inueneritis lꝫ pauperpecula eā in vxorē habebo. Perrexerūt illi per regna ꝛ castra ꝛ tandē puellā nimis pulchrā ac prudentem inuenerunt de sāguie regū. Et eius virtutes regi denūciauerūt. Rex vero volebat eius sapientiā experiri. Preconem vocauit et ait ei. Carissime tibi trado pannū lineū habentē in lōgitudine et latitudine tres pollices vade ad puellam et ex parte mei eā saluta: ꝛ trade ei istū pannū de quo per sapientiā suā faciat michi satis longā et latā camisiā ꝓ corpore meo ꝛ si hoc fecerit ꝯiunx mea erit. Perrexit nuncius ad virginē et eā ex parte reg͛ salutauit. dixitq̄ ei. Ecce pannus lineus habens tantū in longitudine et latitudine tres pollices si camisiā sufficientē de isto pāno pro corpore eius poteris operare te in vxorē habebit. At illa. Quō fiet istud ex quo nō sunt nisi tres pollices in lōgitudīe et latitudine camisiam ei facere esset impossibile. Uerūtn̄ michi vas ꝯcedat in quo operari potero et camisiā ei satis longā ꝓmitto. Nūcius est reuersus denunciāsq̄ regi de virginis respōsione. Statim rex vas debitū et ꝓciosum ei misit. Illa vero de tā parua q̄titate in eodē vase operata est camisiā satis sufficientē pro corpore suo. Ille hoc videns statim eā in vxorē duxit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Rex iste ē de⁹ ipse potens ꝛ diues. Puella generosa de stirpe regū beata virgo maria mater dei et homis q̄ fuit pulchra et generosa qꝛ gratia plena. Nūcius missus gabriel archāgel⁹ q̄ eā ex pte dei salutauit dicēsq̄ ei. Aue gr̄a plena. Pannus missus est spūssācti gr̄a q̄ operata est in ea: qꝛ anteq̄ nata fuit sāctificata fuit habēsq̄ tres pollices. i. in ꝯceptiōe filij sui erat potentia patris. sapiētia filij clemētia spūssācti. De quib⁹ q̄ fuit vas. i. vterū sanctū sāctificatū in vtero matris sue: in quo fecit camisiā. i. humani-

tatem:q̃ quidaʒ humanitas erat in ea operata. Hec vidẽs pater celestis eã reginã i celo coronauit vbi ꝓ nobis interpellat suũ filiũ ⁊ filius patrẽ iuxta vbũ bti Bernardi. O hõ securum accessum habes. ⁊c.

¶ De cura aie Capi.lxv.

Quidã rex semel de vna ciuitate in aliaʒ transitum fecerat ad quandaʒ crucem venit q̃ erat omi parte cõscripta. Ex vna parte erat in ea scriptum. O rex si per istaʒ viam equitaueris ꝓ corpore tuo bonũ hospiciũ habebis: sʒ equo tuo male ministrabit̃. Ex alia parte crucis erat scriptũ. Si per istam viã equitas inuenies hospiciũ in quo equ⁹ tuus satis laute habebit. sed tu male ministraberis Ex tertia parte erat scriptũ. Si per istam viam ambulaueris tu ⁊ equus tuus satis habebit̃ sʒ anteq̃ꝫ accedas egregie eris verberatus Ex parte quarta erat scriptum. Si per viam istam ambulaueris laute tibi ministrabitur: sʒ equũ tuũ ibi dimittes: et tunc oportet te pedibus ambulare Rex cũ omnia ista ꝑlegisset admirabatur intra se cogitabat quã viam equitare vellet. Ait intra se. Primam viam volo eligere quia bene erit mihi ⁊ male equo nox vna cito transibit percussit equũ cum calcarib⁹ ad quandam viam vbi castrũ inuenit. in eo erat miles q̃ eũ benigne recepit ac laute ministrabat sed equus parum aut nichil habebat. Mane vero surrexit ad palaciuʒ suũ equitauit: omnia gesta q̃ viderat narrauit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste potest dici quilibet bon⁹ xp̄ianus qui habet circa salutem anime sue equitare. Equus qui eum portat est corpus ex quattuor elementis compositũ. Crux que stat in medio vie est conscientia tua in modum crucis extẽsa. Una pars vt ad bonuʒ te prouocet. Altera vt cõtra malum fortiter pugnes Unde si ambulaueris per viã in qua bene erit tibi et male equo tuo optime facis. Carissimi. Ista via est via penitẽtie. hospiciũ sancta mater ecclesia: in qua bene erit tibi in anima: sed oportet vt equus tuus. s. caro tua penitẽtie subiaceat. Qui ergo ꝑ istam viaʒ ambulauerit sapienter facit Alia est via i qua inuenies hospiciũ in quo equus tuus satis laute habebit: sʒ male mĩnistrabit̃ tibi. Uia ista est via gulosi ⁊ luxuriosi qui hospiciũ suscipiũt i voluptate carnis. De quibus apostol⁹ ait.

Quorum deus vēter est ꝛ gl'ia
in cōfusione ipsoꝝ. In isto ho
spicio aīa erit pessime mini-
strata. Alia est via vbi equus
tuus laute hēbit ꝛ tu ꝟbera-
beris. Uia ista est cupidi ꝛ aua
ri q̄ laute hic vult viuere par-
ua opa meritoria perpetrare
sed cū mors eum ab hospicio
hui⁹ mūdi expellit tūc aīa ei⁹
post mortē in purgatorio vel
in inferno egregie verberabit
Quarta est via p quā si ambu
les bn̄ tibi erit sꝫ equū amit-
tes. Uia ista est via boni reli-
giosi q̄ de oīb⁹ quantū ad vi-
ctū ꝛ vestitū est cōtent⁹. equū
amittit. s. oēs cōcupiscētias
carnales ꝑpter deū ac mūdi
vanitates. Et ideo dicit sal-
uator. Qui ꝑdiderit aīam suā
ꝑpter me ꝛc. Qui reliq̄rit pa-
trē aut matrē ꝛc. centuplū ac
cipiet ꝛ post hanc vitā eternā
vitam possidebit.

¶ De cōstātia. Capi.lxvj

Quidam rex regnauit q̄
pulchrā filiā habebat
quā multum dilexerat q̄ etiā
post decessum regis regnum
occupauit: q ꝛ vnica est relicta
hoc audiēs quidā dux tyran
nus ad eā venit multa ei pro-
misit si ei cōsentiret. Illa vero
seducta per eū est deflorata:
ꝛ facta defloratōe fleuit ama
re. Tyrannus vero eā ab here-
ditate sua expulit. Illa vero
sic expulsa gemitus ꝛ suspiria
emittebat ꝛ in via publica sin
gulis diebus sedebat vt a trā
seuntibus elemosynā peteret
Cū vna die sic flendo sedisset
quidā miles generosus iuxta
eam equitando venit: ꝛ vidēs
eius pulchritudinē captus ē
in oculis ei⁹ ꝛ ait. Carissima
qualis es? Et illa. filia regis
suꝫ vnica ꝛ post patris mei de
cessuꝫ iure hereditario regnū
hēo sꝫ ꝑ quēdā tyrannū fui se
ducta ꝛ ab eo deflorata ꝛ post
hec priuauit me hereditate
mea. Ait miles Utrū placeat
tibi esse sponsa mea. Que ait
Etiaꝫ dn̄e: hoc desidero ante
omnia. Qui ait. Fidem tuam
mihi trade ꝙ nullū aliū acci-
pies preter me: ꝛ contra tyrā-
nū istum faciā belluꝫ: terram
tuaꝫ tibi acquirā. Si vero in
bello mortuus fuero ꝛ heredi
tatem tibi acquisiero nil aliđ
peto nisi ꝙ arma mea sangui
nolenta tecuꝫ custodias in si-
gnum amoris. Si vero aliq̄s
veniat vt in vxorem te ducat
camerā tuā intres in qua ar-
ma pendent et illa diligenter
inspicias et memoriam ha-
beas quomō ꝑpter tui amo-
rem vitam meam perdidi. At
illa. Domine firmiter hoc ꝓ
mitto. sed absit vt in bello vi-
tam amittas. Armauit se et
contra tyrannum perrexit.

Audiens hoc dux toto conamine se ꝯtra eū opposuit. ad inuicē pugnabant. Miles victoriā obtinuit: caput tyranni amputauit: tamē in bello vulnus mortis recepit et hereditatē puelle q̄siuit: et tertia die est defunctus. Puella per dies multos mortē eius planxit. arma eius sanguinolenta pendebant in camera ⁊ sepius visitauit ea: ⁊ quotiēs ea vidit amare fleuit. Multi nobiles ad eā venerunt vt eā in vxorē haberent multa ꝓmiserūt: sed anteq̄ȝ alicui rn̄sum daret camerā intrauit vt arma diligenter aspiceret et dixit. O dn̄e ꝓ meo amore mortuus es: hereditatē meā michi restituisti: absit hoc a me vt alteri cōsentiā. Deinde foras extuit ⁊ dixit. votū deouo ui nūq̄ȝ viro copulari. Illi hec audiētes recesserunt. ⁊ sic toto tempore vite sue remansit in castitate.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste rex est pať celestis. Filia tam pulchra est anima ad dei similitudinem creata cui regnū paradisi dabať. sed ꝑ suggestionē ducis i. dyaboli illud amisit ⁊ est deflorata qn̄ de pomo comedit. Deīde sedebat in platea hoc est in mundo. Unde in sudore vultus tui vesceris pane tuo Que a transeuntibus elemosynam petebat. i. a quattuor elementis gratiā dei expectabat. Miles qui iuxta eam eq̄tabat erat fili⁹ dei q̄ in equo humanitatis mundū intrauit et humano generi compatiebatur. Tu homo firmiť in baptismo ꝓmisisti nullū virū preter eum accipere. Et ideo armauit se armis humanitatis et bellū contra dyabolū pro te dedit. victoriā obtinuit: et vulnus mortis pro te accepit ⁊ nostrā hereditatē nobis acq̄siuit. Fac ergo tu sicut fecit puella. arma sanguinolenta in camera cordis tui habeas. i. semꝑ momoriā recentē de xp̄i passiōe quā ꝓ te sustinuit in cruce et si venerit alique tēptatiōes per dyabolū mundū ⁊ carnem curre ad xp̄i passionem. recole quomodo pro tuo amore mortem sustinuit in cruce. ⁊ sic tēptationem superabis et vitam eternam obtinebis.

¶ De excusatiōe in extremis nō habēda. Ca. lxviij.

Maximian⁹ regnauit prudens valde in cuius regno erant duo milites. vnus sapiens: alter stultus q̄ mutuo se dilexerūt. Ait ei sapiēs Nunq̄d tibi placet vnā ꝯuentionē mecū ponere ⁊ erit nob̄ vtile. at ille Michi bn̄ placet

Qui ait sanguinē quilibet de brachio dextro emittat: ego tuū sanguinē bibā: et tu meū ꝙ nullus aliū dimittet nec in ꝓsperitate nec in aduersitate et quicquid vnus lucratꝰ fuerit alter dimidietatē habeat. at ille. Michi bene placet. Stati cū sanguinē traxissent ambo sanguinē alterius biberunt. Hoc facto in vna domo semper remanserunt. Rex vero duas ciuitates fecerat. Unā in summitate mōtis et ꝙ omnes ibidem venientes copiam thesauri haberent et ibidem toto tempore vite ꝑmanerēt. Ad istā ciuitatem erat via stricta ac lapidosa. et i via tres milites cū magno exercitu manebāt: et oēs per viam illā transeūtes oporteret vt cōtra eos pugnarent aut oia cum vita sua amitterēt. In ista etiā ciuitate rex quēdam senescallū ordinauit qui oēs indifferenter intrātes reciperet et scdm statum sue cōditiōis laute ministraret. Aliā ciuitatē fecit fieri i valle sub mōte illo ad quā ciuitatē erat via plana ac ad ambulādū delectabilis Tres milites in via ista iacebāt qui omnes transeuntes gratāter receperunt ac ministrabant ꝓ eorū volūtate. In ista ciuitate quendam senescallum ordinauit vt oēs ciuitatem intrantes aut appropinquātes indifferenter incarceraret et in aduentu iudicis oēs ei presentaret Judex vero nulli parceret. Ait miles sapiēs socio suo. Carissime ꝑgamus ꝑ mūdū sicut ceteri milites et poterimus multa bona acquirere per q̄ honeste viuemꝰ. Qui ait Michi bene placet. Ambo ꝑ quandam viam perrexerunt quousqꝫ ad quoddā biuiū ꝑuenerunt. ait sapiēs. Carissime sicut vides hic sūt due vie Una ad ciuitatē nobilissimā dirigit. si per illā pergimꝰ ad ciuitatem illam perueniemꝰ in qua habebimus quicquid cor nostrum desiderat. Alia ē via que ducit ad aliam ciuitatem que est in valle cōstructa et si per eam ambulemus capti erimꝰ et icarcerati ac iudici ꝑsētati et ꝑ eū in patibulo suspensi. Cōsulo ergo vt viā istā dimittamꝰ et ꝑ aliā ambulemꝰ Ait miles stulto Carissime de istis duabꝰ ciuitatibus dudū est qꝺ audiui: sed via ad ciuitatē super mōtē est stricta valde ac periculosa quia in ea iacent tres milites cū exercitu qui oēs intrātes expugnant occidunt et spoliant. sed altera via est satis plana in qua sūt tres milites qui oēs intrātes benigne recipiunt: et ibi oia necessaria inueniuntur. et hoc sa

tis aperte video. et ideo magis oculis meis credo quam tibi. ait sapiens. Licet una via ad ambulandum sit mala: tamen alia in respectu quo ad suum terminum est peior: quia ducet nos ad eternum opprobrium et ducti erimus ad patibulum. Sed per viam strictam propter pugnam et latrones times ambulare. est tibi opprobrium pro perpetuo quia miles es tu et militibus incumbit contra hostes pugnare. Aliud est si mecum volueris per istam viam pergere firmiter promitto ante te ad bellum pgere. et quotquot sunt penetrabis si velis me iuuare. Ait ille. Amen dico tibi per viam illam nolo pergere: sed potius per istam. Ait sapiens. Ex quo fidem meam tibi dedi: et in signum fidelitatis sanguinem tuum bibi: non solum derelinquam te ambulare. tecum pergam. ambo per eandem viam ambulauerunt. Multa solacia secundum voluntatem eorum inuenerunt per viam donec ad hospitium trium militum venerunt qui satis honorifice sunt recepti ac splendide ministrati. In qualibet refectione miles stultus sapienti dixit. Carissime Nonne tibi predixi ecce quot et quanta habemus solacia in ista via de omnibus his in alia via defecissemus. Ille respondit. Si finis bonus est totum bonum erit. quod non spero Cum illis milibus per aliqua tempora moram traxerit. Senescallus ciuitatis audiens quod duo millites contra prohibitionem regis prope ciuitatem essent statim satellites suos ibi misit quod eos caperent et ad ciuitatem ducerent. Senescallus videns unum stultum illum ligatis manibus et pedibus in quandam foueam proiici iussit et alium incarcerauit. Cum vero iudex ad ciuitatem venisset omnes malefactores ciuitatis in conspectu eius sunt presentati: et inter ceteros isti duo milites. ait sapiens miles coram iudice. Domine de socio meo conqueror quia ipse est causa mortis mee. Legem istius ciuitatis predixi et pericula nullo modo volebat dictis meis credere: nec acquiescere et consilijs meis adherere: sed michi respondit. Plus credo oculis meis quam dictis tuis. Cum vero fide ac iuramento adinuicem ligati: tam in prosperitate quam in aduersitate eramus. ideo quando ipsum solum vidi pergere propter iuramentum cum eo ambulaui: et ideo causa mortis mee iste est. Da ergo rectum iudicium. Ait alter miles stultus iudici Ipse causa mortis mee est constat toti mundo quod ipse est sapiens: et ego naturaliter stultus. unde per sapientiam suam non tam

leuiter debuissz adhesisse stul ticie mee. Sed qñ solus ãbulam si ille insecutus me non fuisset ego p viam per quã volebat ãbulare reuersus fuissem et secũ ambulassem ppt iuramentũ qđ ei pstiti. ⁊ ideo cum ipse sapiẽs /ego vero stultus: ipse est cã mortꝫ mee. Ait iudex ambobus ⁊ pmo sapiẽti. Tu sapiẽs qꝛ tam leuiter stulticiae sue adhesisti et secutus es eũ. et tu stulte qꝛ dictꝭ sapientis non credidisti sed ppriã stultitiã perpetrasti vos ambo in patibulo suspensuros iudico. et sic factũ est.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste rex est dominus noster iesus xps. Duo milites aĩa et corpus. Aĩa est sapiens. corpus stultus. Isti duo i baptismo erãt confederati adinuicẽ qꝫ quilꝫ sanguinem alterius biberet. Sanguinẽ alterius bibere est quelꝫ pro alio in piculo se ponere vt si caro suas voluptates voluerit habere prius debet aĩa per penitentiã se consumere qꝫ cũ carne i tali periculo se ponere Si vero anima (quod absit) labatur caro debet pro ea ieiuniis et vigiliis pati. et hoc est sanguinẽ alterius bibere nunqꝫ aliuꝫ in necessitate dimittere. Due vie sunt per quas veniunt. Una est penitentia. Alia mũdi gloria. Due ciuitates. Una i mõte: hec est celũ sup firmamentum. Alia in valle: hec est infernus. Ad celũ est via stricta sicut via penitẽtie ⁊ pauci ambulãt eã. In ista via sunt tres milites. s. dyabolus mũdus ⁊ caro / qꝫ quicunqꝫ voluerit ad celũ pgere debꝫ ꝯtra istos pugnare et pviã penitentie ambulare. In ista ciuitate est senescallus. s. deus q̃ oĩa oĩbus scđm merita sua affluent dat vnde beatus Gregorius. In cor hoĩs non ascendit ⁊c. In via versus infernuꝫ sunt tres milites. s. superbia vite / concupiscentia oculoꝝ / et concupiscẽtia carnis. propter que tria peccator inuenit corpori suo delectabilia pro tẽpore. Uia versus infernũ est plana ad ambulandum. Sed anteqꝫ homo percipiat: senescallus. s. mors emittit exploratores. s. infirmitates que eũ capiãt qñ aĩa interim in inferno incarcerabitur corpus ligatur et in sepultura ponitur. Sed in die iudicii cum dñs apparuerit iudicare viuos et mortuos. tũc aĩa ꝯtra corpus ⁊ ecõuerso corpus cõtra aĩam allegabit. ⁊ iudex. s. deꝰ sententiã dabit: si in pctõ inuenti fuerimꝰ sine dubio ad infernũ ibimꝰ. A quo nos de

fendat qui sine fine viuit ꝛ regnat.ꝛc.

De nō subticenda veritate vsq3 ad mortē. Cap3. lxviij.

GOrdianus regnauit. In cui⁹ regno erat quidā miles generosus qui pulcrā vxorem habebat que sub viro sepius est adulterata. Accidit semel q̄ marit⁹ ad peregrinādū perexit. Illa vero incōtinēti vocauit amasiū suū. Dn̄a illa quādā ancillam hēbat: q̄ cantus auiū intellexit. Cū vero amasius veniret erāt tunc tēporis tres galli i curia. Media nocte cu3 amasius iuxta dn̄am iacuisset primus gall⁹ cātare cepit. Dn̄a cū hoc audisset ait ācille. Dic michi carissima quid dicit gall⁹ in cātu? Illa respōdit. Gall⁹ dicit in cātu suo q̄ tu facis iniuriā dn̄o tuo. Ait dn̄a. occidat̄ gallus iste. ꝛ sic factum est. Tēpore debito post hec secund⁹ gallus cantauit. Ait dn̄a ancille Quid dicit galus in cātu suo. Ait ancilla. Socius me⁹ mortuus est ꝑ veritate: et ego paratus sū mori pro eius veritate. Ait dn̄a. Occidatur gall⁹: ꝛ sic factū est. Post hec terti⁹ cātauit. Dn̄a cū hoc audisset dixit ancille. Quid dicit gallus in cantu suo? Illa respondit. Audi vide tace si tu vis viuere in pace. Ait dn̄a. Non occidatur gallus iste.

Moralisatio.

CArissimi. Iste imperator est pater celestis. miles xp̄s. vxor eius anima per baptismum despōsata. Ille q̄ ea3 seducit est dyabolus qui per mundi fallacias decipit. Unde quotiens pctō cōsentimus adulteram⁹ xp̄o. Ancilla est tua cōscientia que ꝯtra peccatū murmurat ꝛ cōtinue hominē ad bonum stimulat. Prim⁹ gall⁹ qui nō peccauit certe xp̄s est. Primo ꝯtra peccatum arguebat. hoc vidētes iudei ipm̄ occiderūt. Et similiter nos ipsum occidim⁹ quātum in nobis est q̄diu i peccatis delectamur. Per secundū debemus martyres intelligere. Sic erant et alij multi qui vitam et doctrinā eius predicauerunt. ideo ꝑ xp̄i noīe ꝛ veritate necati sunt. Per tertiū gallū qui dixit. Audi vide. ꝛc. pōt itelligi predicator qui debet esse sollicitus veritatē pronunciādo: sed diebus illis nō audet veritatē dicere qui pace3 cupit habere. Studeam⁹ ergo magis deū timere veritatem pnunciādo: et sic ad xp̄m qui est veritas veniemus.

De castitate. Cap̄. lxix.

Gallus regnauit prudens valde qui quoddam palaciū cōstruere volebat. Erat tunc in imperio quidā carpentarius subtilis valde cū quo imperator pro construēdo palacio conuenit. Tunc temporis erat quidā miles in regno qui pulchrā filiam habebat. Uidens prudentiam carpentarij intra se cogitabat filiaȝ meam ei in vxorem dabo: qa per sapientiam suam et arteȝ satis laute eam promouebit. vocauit eum ꝛ ait. Carissime pete a me quid tibi placuerit et tibi dabo si michi possibile sit ita vt filiam meam in vxorem accipias. At ille. Michi bene placet. Conuenerunt in vnum. carpētarius eam ī vxorem ducit. Hoc facto mater filie generum suum vocauit et ait ei. Fili mi iam filiam meā in vxorem duxisti: ecce istam camisiam dabo tibi quam et satis pulchraȝ ostendit ꝛ ait. Camisia ista virtutem habȝ ꝙ nunq̄ȝ toto tempore vite lotione indiget nec frāgi potest nec consumi nec colore mutari q̄ȝdiu inter te et filiam meā sit amor fidelis. Si vero (qđ absit) aliquis ex vobis matrimonium violauerit statim camisia oēs eius virtutes amittet. Carpentarius hec audiens gauisus est valde. Camisiam recepit et ait. O mater q̄ȝ preciosum iocale michi dedisti. iam nullus nostrum pōt matrimonium violare quin ꝑ camisiam scietur perfectissime. Post hec infra paucos dies carpentarius ad palaciuȝ regis est vocatus vt nouum palacium construeret camisiam secum assumpsit: vxoreȝ in domo dimisit. cum rege moram traxit quousq̄ȝ palaciuȝ completuȝ fuit. Cum in laborando fuisset admirabantur multi ꝙ camisia semper in cādore et mundicia permansit. Ait rex ad eum. Magister rogo vt dicas michi quomodo hoc potuerit esse ꝙ cum in cōtinuis laboribus permanes ꝛ camisia tua sine lotiōe ꝛ mūdicia in albedine maneat. At ille. Scias carissime domine ꝙ q̄ȝdiu ego cum vxore sumꝰ fideles ī amore camisia mea non indiget lotione sed si matrimonium esset inter nos violatum camisia sicut ceteri pāni lotiōe indigeret. Miles cū hoc audisset intra se cogitabat: si potero camisiaȝ tuam lauare faciam. Perrexit ad domū carpētarij ipso ignorāte vt eius vxorē ad peccatum sollicitaret. Illa vero gratāter eū recepit: de amore inordinato eam pulsauit. Que ait. Amor talis locū ꝑuatū reqrit; veni

mecū et illū in camerā introduxit. Cū autē introductus fuiss; ⁊ illa exiuit ostiū clausit et dixit. Ibidem expectabis quousq; tps habuero qn te liberare debeo. Dña ista singulis diebus eū visitauit ac pane et aqua eū; sustentauit. Ille vero preces fundebat vt eum dimitteret abire sed illa non cōsentiebat. Post hec cito duo alij milites ad eā venerunt de curia regis quil; post aliū vt eam corrūperent sed eis nichil valuit. Illa in eadē camera eos inclusit pane et aqua sustētauit. Per multos dies ibi stabant. De istis tribus militibus facta est qstio et cōmotio in domo reg; quo deuenerūt. Palacio consummato carpentarius accepta mercede domum venit. vxor eius non modicū gaudēs eu; honorifice recepit ⁊ quō se haberet diligēter inquisiuit. Ille vero p oia bene rndit. Illa vero camisiā suā respexit. Vidensq; eam satis mundā ait. Bndictus deus appet in camisia ista q inter nos est dilectio vera. Qui sic ait. Carissima cū essem in palacio ɔstruēdo venerūt tres milites vnus post aliū ⁊ de camisia mea qsierūt quō sic sine lotōne manebat in omni candore. eis veritatē retuli Post hoc quo deuenerūt penitus ignoro. De eorū absentia facta est questio magna in curia regis. Dixitq; illa. Dñe illi tres milites de qbus fit sermo ad me venerunt multa michi pmiserunt si eis consentirē sed nullo modo volebā hoc attēptare. eos in camera priuata posui: et hucusq; pane et aqua sustentaui. Carpētarius hoc audiens gauisus est de fidelitate vxoris et milites a morte saluauit et eos libere abire permisit et ambo vsq; ad finem vite in vero amore permanserunt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Rex iste est pat celestis qui palaciū h; ɔstruere. s. cor humanū bonis virtutibus plenū in quo palacio deus delectat permanere Iuxta illō Delicie mee esse cū filijs hoim. Miles iste qui h; pulchrā filiā est xps q habet aiam p filia. Uxor est sancta mater ecclesia ⁊ Carpentarius est bonus xpianus q istā filia; in vxorē cū camisia accepit. Camisia ista ē fides nostra: q; vt ait aplˢ. Sine fide impossibile est placere deo. Quādiu manet homo in hac vita in sāctitate: tādiu fides non violat Quid ergo sequit Certe vt erigas palacium. s. cor mūdū per opera mie. Mi-

lites sunt supbia vite/ɔcupiscentia ocl'oꝝ et cōcupiscētia carnis. Istos tres milites cōcludere debes in camera penitētie quousqꝫ mercedē eternā a rege etno accipias. Quod nobis pstare dignetur ⁊c.

¶De ɔpunctione fidelis anime. Capitulū. lxx.

Rex quidā erat qui filiaꝫ pulchrā habebat et prudentem quā pater viro tradere volebat. Illa vero votū do fecerat q̄ nunq̄ virū acciperet quousqꝫ tria ppetraret. Primuꝫ erat q̄ diceret veraciter quot pedes in longitudine et latitudine ac pfunditate quattuor elementoꝝ essent. Scdꝫ q̄ ventū ab aqlone mutaret. Tertiū q̄ ignem in gremio sine lesione iuxta carnem portaret. Rex cum hec audisset fecit ista tria per totū regnuꝫ promulgari. et si quis sine defectu ista ppetraret filiā eius in vxorem haberet. Multi venerunt: sed defecerunt. Erat quidā miles in partibus longinquis qui cū de voto puelle audiret ad palaciū regis venit: ducensqꝫ secū famulū vnū et equū furibundū coram rege tēptauit ⁊ ait. Dn̄e mi rex filiā tuā peto in vxoreꝫ: qꝛ paratus sum ista tria pmulgata soluere. Ait rex. mihi bene placet. Miles vero famuluꝫ suum vocauit et ait ei. In terra iaces. Cū vero sic iaceret miles a capite vsqꝫ ad pedes mensurauit. hoc facto sic ait regi. Ecce dn̄e i quattuor elementis vix vltra septē pedes inuenio. Ait rex. Quid hoc ad quattuor elementa. Et ille. Dn̄e quilꝫ homo et om̄e aial ex quattuor elementis cōponitur: et sic per famulū suum quattuor elementa mensurauit. ait rex. Amen dico tibi. Satis clare pbasti. Iam ad scdm pcedamus. Muta ventum ⁊c. Ille statim equum furibundū adduci fecit cui potioneꝫ ad gustandū dedit: de cuius potione factus est totaliter sanus. hoc vero facto caput eq̄ in oriente ponebat et ait. Ecce dn̄e vētus est mutatus ab aqlone versus oriētem. Ait rex. Quid hoc ad vētum. At ille. Nonne constat prudentie vestre q̄ vita cuiuslꝫ animalis non est nisi vent⁹ quem equus patiebatur malum tandiu erat in aquilone. Sed iam ex virtute potionis sanus factus est caput eius in orientem posui vt sit paratus on⁹ portare. Ait rex. Satis clare probasti. Iaꝫ ad tertium pcedamus. at ille. Dn̄e paratus sum corā oībus adimplere. Man⁹ suas prunis ardentibus repleuit ⁊ in sinu

posuit: et caro eius nequaq̄ est lesa Ait rex. Satis bn̄ duo alia pbasti: sed dic michi quō glebe nō ledūt te. ait ille. Nō virtute mea sed ex virtute lapidis quē mecū continue porto. Quicūq̄ illū lapidez secū in loco mundo portauerit nū q̄ ab igne ledi poterit. Ecce lapis. et lapidē corā omnibus ostendit. Ait rex. Probabiliter ista tria pbasti. nuptias ordinauit et filiam suā cū diuitijs multis ei dedit in coniugem et ambo in vita bona dies suos finierunt.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste rex ē dn̄s noster iesus xp̄us. Filia tam pulchra aia ad dei similitudinē creata. que deo i baptismo votū fecerat q̄ nunq̄ viro cōiungeret nisi tria ppetraret. Primū est q̄ mensuraret rc. hoc est famulū tuuz .s. carnē tuam mēsurare debes q̄tū deliquit et pro omī delicto penā agere: et elementa mensurare .s. carnē suā domare Scd̄m est mutare rc. Equ⁹ furiosus est peccator q̄ in peccat⁹ pmanet. vn̄ opz ei potionem dare .s. vt contritionē habeat in corde. confessionez in ore. satisfactionem in opere. Et hoc est ventū mutare. vn̄ Iob. Tāq̄ vētus est vita mea Tertiū est ignem sine lesione portare. Ignis luxurie / auaricie / supbie rc. que sepe aniām et corpus consumunt: sed si desideras vt ignis iste te nō ledat opz vt lapidem in loculo id est dn̄m nostrū iesuz xp̄m in corde habeas per opa meritoria. et si munde portauer nunq̄ ignis alicuius peccati ledet te et per consequens vitam eternam obtinebis.

¶ De remuneratiōe eterne patrie. Cp̄m. lxxi.

Erat qdam rex q̄ cōuiuiū magnū fecerat. Deinde per totū regnū pcones destinauit vt pconisarēt cōuiuiū: videlz vt om̄s cuiuscūq̄ conditionis ad conuiuiū venirent. et non tm̄ cōuiuiū bonū haberent sed et diuitias infinitas obtinerent. Cum aūt pcones per regna et castra ambularēt preceptūz regis pmulgando erant tunc duo hoīes in ciuitate manentes. vnus fuit fortis et robustus: sed tn̄ cecus. Alter claudus et debilis sed optime videbat. Dixit cecus claudo. Carissime heu nobis duobus per totū regnū diuulgatū est q̄ rex ex tali tp̄e optimū cōuiuiū tenebit ad quod non tm̄ quilibet habebit cibaria p sua voluntate sed diuitias magnas recipiet. Tu vero es claudus: ego vero cecus. ad illud conuiuiū poteri

mus ne accedere. Ait claud⁹ Si cōsiliū meū feceris ambo ibidem veniemus ꝛ diuitias et conuiuiū sicut ceteri obtinebimus. Rn̄dit cecus. Omne cōsiliū qḋ est nobis vtile sum paratus adimplere. ait claud⁹ Tu es fortis et robust⁹ in corpore. ego vero debilis qꝛ claudus: me sup dorsum tuū portabis: ego vero te in viam dirigam qꝛ satis clare video ꝛ sic ambo ad ꝯuiuiū veniemus et mercedē sicut ceteri obtinebimus. ait cecus. Amen dico tibi optimū consiliū est. statim ascende dorsum meum et sic factū est claudus viā ei ostendit et ipse eū portauit ꝛ sic ambo ad conuiuiū venerunt ꝛ diuitias inter alios receperūt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste rex est dn̄s noster iesus xp̄s qui ꝓ oībus nobis vitā eternā pparauit. Iuxta illud Erat quidā hō q̄ fecit cenā magnā. Ad illā conuiuiū multi sunt vocati. ꝛ qui ibidem accedit diuitias eternas possidebit. Cecus iste est quilibet diues et potens huius seculi qui fortis est et potens in corpore .i. diuitijs et mundi potentia. Unde ceci sunt qꝛtū ad vitam eternam. Ignorāt ea que sunt salutis sicut talpa bene videt sub terra et habet multa diuerticula sed supra cecus efficit nec scit seipm̄ iuuare. Sic ꝛ diuites satis clare vident in tp̄alibus et ceci sunt in sp̄ūalib⁹ Claudus vero est bonus religiosus q̄ claudicat in vtroqꝫ pede. s. nihil in cōi aut ꝓprio possidere: tn̄ videt talis satis clare viā versus cōuiuiū eternū. Si ḡ vos diuites ac mundi potentes intenditis ad illud conuiuiū accedere et premia ibidem accipe. necesse vobis erit religiosos ac ceteros pauperes sup dorsa vr̄a portare. Sed diligēter est aduertendū quomodo diuites debent portare pauperes. Certe elemosynas eis dando in eorum necessitatibus subueniendo. hoc est pauperes portare et fideliter viris ecclesiasticis decimas dare. Si hec feceritis nos viri religiosi tenemur vobis viā salutis ondere quō poteritis ad vitā eternā peruenire. Precones q̄ illud conuiuiū clamabāt sunt sacre pagine doctores. s. predicatores ꝛ ꝯfessores q̄ habēt nos instruere publice ꝛ p̄uate quō ad eternū cōuiuiū poterimus peruenire.

¶ De ingratorū trucidatione. Capitulū. lxxiij.

Legitur de quodā rege q̄ filium vnicū habebat quem multū dilexit ac tener-

rime nutriuit. Cum autē puer ad etatem legitimā peruenisset de die in diem regez impulsabat vt regnū ei dimitteret eo ꝙ ipotens esset ⁊ ipse potens Rex vero ait. Carissime si securus essem ꝙ me beniuole et cū honore tractares toto tpe vite tue illud cōcederē et oēm humanitatē quā pater tenetur filio tibi prestarem. At ille. Dñe coram satrapis et nobilibus imperij iuramentum prestabo ꝙ nullū defectū habebitis sed in maiori honore ꝙ̄ meipsum vos habebo. Rex vero credēs dictis eius regnū ei dedit ⁊ nichil sibi ipi retinuit. Cū vero coronatus esset et in solio positus vltra ꝙ̄ credi pōt cor eius est eleuatū p aliquos annos: patrē suū in honore habebat et post hoc nec aliqua bona ei dedit. Ille vero cepit sapientibus regni cōqueri ꝙ filius eius pactū nō tenebat. Sapientes vero qui semper eū dilexerunt regē arguebant ꝙ male patrē suum tractaret. Rex hoc audiēs furore repletus patrē suū i quodam castro reclusit vbi null⁹ accessum habere poterat ad eū. in quo loco famē ⁊ multas miserias patiebatur. Accidit eodem tēpore ꝙ rex in eodem castello pernoctabat. Pater vero ad eū accessit ⁊ ait. O fili miserere patri tuo seni qui te genuit et omnia dedit in hoc loco famē ⁊ sitim patior: iam sum in graui infirmitate positus: et haust⁹ vini me cōfortaret. Ait rex. Ignoro si sūt vina in isto castro. Ait ille. Imo fili quinq₃ dolia vini sūt in castro et sine scitu vestro senescallus huius castri nō audet pforare ea et michi haustum dare. Rogo fili des michi de primo dolio. Ait rex. Nō faciā quia mustū est nec valet pro senib⁹ At ille dixit. Des michi ḡ de secūdo dolio. Qui ait. hoc nō faciam. hoc pro corpore meo custodiā ⁊ pro iuuenibus qui mecū sunt. At ille. Des mihi ergo de tertio dolio. Qui ait. Non faciā quia vinū forte est et tu es debilis et infirm⁹ posset esse causa mortis tue. At ille. Des michi de q̄rto dolio Qui ait. Non faciā: q₂ nimis vet⁹ et acetosum est ⁊ nō multum valet. ⁊ p̄cipue p cōplexione tua. Ait pat. Fili des ergo michi de quīto dolio. At ille. Absit a me q₂ feces sūt: satrape regni michi iponerēt ꝙ te occidissē si feces tibi dedissez. Pat hec audiēs ab eo tristis recessit: ⁊ statiz occulte satrapis regni lraz scripsit quō filius ei⁹ eū tractabat vt propter deū eū a tali miseria subleuarēt. Satrape oēs ei cōpa

tiebant: statim regē ceperūt & patrē sicut prius regē ↄstitue runt. Filiū autē suum in carcerem posuerunt vbi propter miseriam defunctus est.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Rex iste est dn̄s noster iesus xp̄s. Filius quilꝫ xp̄ian⁹ quē tenerrime diligit q̄diu hō in puritate vite manet. Om̄ia homini dedit q̄ hō habet et ipse factus est paup̄ scd̄m ꝙ testat̄ scriptura. Vulpes foueas habēt & volucres ꝛc̄. Sed quotidie xp̄s famem et sitim patitur. hoc est in suis membris. s. pauperibus et debilibus. Unde scriptum est Quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Et cū deus petit a nobis haustuꝫ vini de p̄rimo dolio: dolium illud est puericia nostra quā deus a nobis requirit vt et seruiamus in puericia. Puer vo malus respōdet. Mustū est: hoc est puer sum non possum ieiunare/orare/in dei seruitio vigilare. Demū de⁹ a nobis requirit vt demus ei de scd̄o dolio. Respōdet malus fili⁹ Nō possum dare iuuētutem meā deo seruiēdo q̄r tunc mūdus deridet me dicēs. Ecce ille iuuenis homo non vult conuersari cum hoibus. Et sic iuuentutem meam mecū retinebo comedendo/bibendo/mundo seruiendo. Demū deus requirit a nobis de tertio dolio. Respōdet malus fili⁹ Vinū forte est. hoc est iam sū in fortitudine mea: si penitentiā facerem fortitudinē meā diminuerem Ad bella & ad hastiludia volo accedere et ea que mundi sunt exercere: ac post fortitudinem penitētiā agere. Deus videns q̄r de istis trib⁹ dictis doliis nichil potest habere q̄rit de quarto dolio haustum vnū. Rn̄det malus fili⁹. Uinū nimis vetus et acetosum est. hoc est dictu/iā sum senex iaꝫ non possum ieiunare/vigilare q̄r natura mea est debilis Demū deus querit de quinto dolio vnū haustū. Rn̄det malus fili⁹. Feces sunt/hoc est dictu heu michi decrepit⁹ sum defecit salutare meum. Dum bona poterā facere non feci modo sum impotēs: & talis sepe cadit i desperationē. & sic moritur hō miser. Contra tales erit q̄rimonia grauis: & tūc in die iudicij deus cū tota curia celesti sententiā dabit dicens Ite maledicti in ignem eternum quod paratum est dyabolo ꝛc̄. A quo nos liberare dignetur qui. ꝛc̄.

¶ Auaricia multos excecat. Capitulum. lxxiij

REx quidam in ciuitate romana erat qui statuit

q̄ quilibet cecus ab īperatore omni anno centū solidos hēret Accidit cas⁹ q̄. xxiiij. socij ad ciuitatē venerūt ⁊ quandam tabernā intrabāt ꝓpter pota tionē. Isti eni̅ p septē dies sta bāt bibēdo ⁊ comedēdo. deīde cū volebāt cū tabernario cō putare q̄cq̄d ī pecunia habē rēt. tabernario dederūt. At il le Certe carissimi adhuc defi ciūt centū solidi. Amē dico vo bis nō exibitis donec vltimū quadrantē michi solueritis. Illi hoc audiētes ad inuicē dixe rūt. Quid faciem⁹ nō habem⁹ vn̄ soluere. Ait vn⁹ dabo vobis sanū cōsiliū. Per imperatorē lex edita est q̄ q̄cūq̄ est cecus centū solidos de eius thesau ro obtinebit. ponamus inter nos sortes et sup quē sors ca dit ei⁹ oculos eruamus ⁊ tūc ille ad palaciū poterit acce dere ⁊ centū solidos obtinere ⁊ nos oēs quittare. At illi Op timū est cōsiliū. Inter se mise rūt sortē ⁊ sup illū q̄ cōsiliū de derat cecidit. statī excecaue rūt eū ⁊ duxerūt eū ad palaciū Pulsabāt ad ianuā. Janitor causā pulsationis q̄siuit At il le. Ecce vnus cecus q̄ bn̄ficiū legis petit. Ait ianitor. Sene scallo hoc dicā. Accessit ad se nescallū et ait Stat vnus ce cus ad portā qui beneficium legis petit. At ille. Uadam ad eum et eum videbo. Cum aūt cecū vidisset eū intime re spexit quē cū cōsiderasset ait ei. Carissime. quid petis. Et ille. Centū solidos scdm legē Qui ait. Amē dico tibi hester na die vidi tē in taberna du os oculos satis claros habē tem: tu male legem intelligis Lex est edita. q̄ quicunq̄ ex ī firmitate vel ex casu aliquo cecus fuerit contra quē casū non poterit se defendere. ta lis beneficiuz legis obtinebit Sz tu volūtarie deleuisti ocu los tuos et in taberna bibisti et consiliū hoc dedisti vt ceca tus esses. quere ergo alibi so latium quia nullū obolū ob tinebis. Ille vero hoc audiēs cū cōfusiōe a palacio recessit

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Talis est lex dei q̄ quicunq̄ ignoranter aut ex infirmitate peccauerit aut tē ptatione dyadolica. si cōtrit⁹ et cōfessus fuerit. Juxta illud In quacunq̄ hora peccator ⁊c. de⁹ sibi peccata remittet. quilibet peccator inq̄tū pec cator est cecus Si vero aliq̄s ex pura malicia sine causa peccauerit ⁊ postea in despe rationē inciderit. vix aut nun q̄ ei remittet. Tabernari⁹ est dyabolus qui omēs tales ad tabernam infernalē recipit q̄ decedūt Et ideo studeam⁹ ⁊c.

¶De pspectione ꝛ puidē
tia. Capitulū. lxxiiij.

ERat quidam rex qui fili
um tātū vnicū habebat
quem tenerrime dilexit. Rex
iste vnū pomū aureum fieri fe
cit in sumptibus magnis. Po
mo fabricato rex vsqꝫ ad mor
tem infirmabatᷣ vocauit filiū
suū et ait. Carissime si nō po=
tero de ista infirmitate euade
re sub benedictione mea post
meum decessum vade per re=
gna ꝛ castra et pomum aureū
quod feci tolle tecum quem
magis stultū inueneris pomū
illud ex parte mea dabis. Fi=
lius vero fideliter adimplere
pmisit dictū patris Rex vero
vertit se ad parietem ꝛ emisit
spiritū. Filius vero satis ho=
norifice eum tradidit sepultu
re. Post sepulturaꝫ statim po
mum accepit ꝛ per diuersa re
gna et castra ambulauit. mul
tos stultos inuenit ꝛ vidit. ta
men nulli eorum pomū dedit
Deinde perrexit ad quoddaꝫ
regnum et ad ciuitatem prin
cipalē illiꝰ regni accessit: per
medium ciuitatis regē equi=
tantē cū magno apparatu vi
dit. Cōditiones illius regni a
qͥbusdā ciuibus quesiuit. At
illi dixerunt ei. Consuetudo il
lius regni est talis ꝙ nūqꝫ rex
inter nos regnabit nisi vno an
no: et finito anno omni hono=
re et diuitijs priuetur ꝛ in exi=
lium ponetur vbi mala morte
morietur Filius regis hec au
diens intra se cogitabat. iam
inueni quē diu quesiui. Acces
sit ad regem ꝛ flexis genibus
eum salutauit ꝛ ait. Aue rex.
Pater meꝰ defunctus est. istō
pomū aureū in testamētū vo=
bis legauit. Rex vero pomum
accepit: et ait ei. Carissime.
quomodo potest hoc esse Rex
nūqꝫ me vidit nec aliquid bo=
num patri tuo feci. Quare er=
go tam preciosum iocale mi=
chi dedit. Ait ille Domine mi
rex pater meus non plus vo=
bis ꝙ alteri pomum legauit
sed sub benedictione sua mi=
chi precepit maiori stulto da
re quem potero inuenire. Et
sine dubio circuiui multa re=
gna et castra et non inueni tā
magnum stultum et infatua=
tum ꝙ vos. Ideo ex precepto
patris mei pomū vobis dedi
Ait rex. Rogo te vt michi di=
cas quare me tm̄ stultū repu
tas. At ille. Ecce dn̄e ondam
vobis clare. Est ꝯsuetudo isti
us regni per totū annū regna
re ꝛ in fine anni omni honore
et diuitijs ꝑuari ꝛ in exiliū po
ni vbi mala morte mori opor=
tet. Amen dico vobis conclu=
do ex dictis meis ꝙ i toto mū
do non est tantus stultus si=
cut vos ꝙ tam breue tempus

regnare debetis ⁊ post hec tā miserabiliter vitā finire. Rñ͠dit rex. Sine dubio oīa v͠ba sūt q̄ modo michi dixisti. ⁊ ido dū adhuc fuero in mea p͠tāte in p͠nti anno bona īfinita mittā ante me in exilium vt duꝫ ibi venero de bonis illis viuā q̄ꝺdiu vixero. ⁊ sic factū est. In fine anni regno est priuat⁹ et ī exiliū posit⁹ ibi ꝑ multos annos de bonis illis vixit ⁊ vitā suam in pace finiuit.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Rex iste est deus q̄ legauit pomū aureū stultis. Per pomū rotundū itelligitur mūdus iste quē de⁹ dat fatuis qui magis mūdum ⁊ ea q̄ in mundo sunt appetūt q̄ꝫ deum. Rex q̄ per vnū annum regnauit potest dici q̄ liber hō in hoc mūdo existēs qui licet centum annis viuat est tñ quasi vna hora respectu vite future ⁊ tamen nō desistit miser homo die ac nocte laborare ⁊ post mortē in exilium id est in infernuꝫ ponetur si cum peccato mortali decedat vbi mala īfinita inueniet. Et pauci sunt qui de illo exilio cogitant. Faciamus ergo sicut fecit ille rex dū sumus ī nostra p͠tāte in hac vita ante nos mittamus opera mīe. elemosynas largas perpetrare orationes et ieiunia facere vt post hanc vitam paradisum poterimus intrare et sine dubio vbi inueniemus opera nostra meritoria q̄ fecim⁹ in hac vita ⁊ sic regnabim⁹ ibi cū gloria. Ad quā nos perducat ⁊c.

¶ De cura mūdi non sectanda. Capitulū. lxxv.

Olim erat quidam rex q̄ tres filias pulchras habebat quas trib⁹ ducib⁹ maritauit. Oēs illi tres duces eodem anno mortui sunt. Rex hoc audiēs volebat filias suas iterato maritare vocauit primam filiā ⁊ ait. Carissima vir tuus mortuus est dabo te alteri viro. Et illa. Nullo modo hoc attēptabo. Et hec est ratio mea. Si deberem alterū virū accipere: oporteret vt eū tātum diligerem sicut primū virū aut plus aut minus dili gerem hoc nō pōt stare qꝛ primus virginitatē habebat ergo nō tantum debeo eū diligere. Si vero plus hoc esset maius malū. Si vero minus nō esset bona dilectio inter nos. quare cōcludo ꝙ nullo modo volo aliū virum accipere. Rex hoc audiēs vocauit aliā ⁊ ait Carissima vir tuus defunct⁹ est copulabo te alteri viro. At illa Domine nullo modo hoc attemptabo: quia si virū alium acciperem reciperem euꝫ aut ꝓpter diuitias aut forti-

tudinem aut pulchritudinez Non propter diuitias quia abundo. Non propter fortitudinem: quia amicos habeo qui me defendent. Non propter pulchritudinem quia michi videbatur quod vir meus omnium erat pulchrior in vniuerso mondo. quare concludo quod nullo modo virum alium accipere volo. Rex hoc audiens vocauit tertiam filiam et ait. Carissima vir tuus mortuus est volo te alteri viro copulari. At illa. Nullo modo hoc attemptare volo. quia si alium viruz acciperem ille me reciperet aut propter pulchritudinem aut propter diuitias. Non propter pulchritudinem quia non sum pulchra ergo propter diuitias me reciperet et si propter diuitias numquam posset esse verus amor quia destructis diuitijs amor transiret. concludo ergo quod nullo modo alium virum volo accipere. Item doctores sacre scripture dicunt quod vir et mulier in matrimonio coniuncti sunt vnum in corpore et duo in anima. ergo corpus viri mei est corpus meum et econuerso etc. ad hec omni die possum ad sepulchrum accedere viri mei et ibi ossa videre. ergo virum presentem habeo et ideo alium habere nolo. Rex hoc audiens amplius vt virum acciperet non instigabat.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste rex est deus ipse tres enim filie sunt anima ipsa. In qua relucet operatio et imago trinitatis. Iuxta illud Gen. ij. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Imago vero trinitatis per peccatum primi parentis erat deturpata et tribus viris tradita. s. dyabolo mundo et carni. Si vero mortuus est dyabolus per christi passionem noli amplius talem virum accipere sed semper sub christi protectione permanere cupias. Si mundus mortuus est per paupertatem voluntariaz noli amplius virum accipere sed permaneas sub christi protectione. Si vero mortua est caro per ieiunium et carnis macerationem noli iam amplius virum accipere sz sub christi protectione permaneas. Vel aliter potest reduci. Rex iste est deus. tres filie tria genera hominum. s. potentes ac diuites huius mundi sicut sunt reges ac mundi potentes. Sapientes huius mundi sicut sunt iudices temporales et ecclesiastici viri religiosi perfecti christiani sicut sunt qui in omnibus diuinis preceptis obediunt. Isti tres erant in baptismo tribus ducibus copulati. s. patri per potentiam. filio per sapientiam. spiritui sancto per clementiam. Si ergo isti mortui sunt. i. extincti et ablati a te per peccatum tuum numquam alteri labores

copulari: sed cū omī diligentia fac opera mie. per que poteris ei reconciliari: q2 nunq̄ aliquem inuenies q̄ tantū te diliget. Unde est notandū q̄ mulier accipit virum propter quattuor: q2 aut ꝑpter diuitias / aut ꝑpter pulchritudinem / aut ꝑpter fortitudinem aut ꝑpter sapientiā. Si vero vis virū accipere ꝑpter diuitias. certe nō inuenies ita diuitē sicut dn̄m nostrum iesum xp̄m q2 dn̄s celi et terre est. ergo teneas eū et non aliū. Si vero velis viꝝ accipere ꝑpter fortitudinem curre ad iesum xp̄m qui est fortior omī hoīe fortis in celo ꝛ in terra. In inferno non est aliquis qui pōt ei resistere. ergo illū in virū debes accipere ꝛ non aliū Si vero aliquē vis accipere ꝑpter pulchritudineꝫ curre ad dn̄m nostrū iesum xp̄m qui est pulchrior omī homīe. Unde ps̄. Speciosus forma p̄ filijs hominū. ergo illū debes habere et non aliū. Si vero aliquē vis accipere propter sapiam curre ad dn̄m nostrum iesum xp̄m: q2 ip̄e est sapientior omī hoīe. vn̄ aposto. O altitudo diuitiarū sapiētie et scientie dei ꝛc. ergo illū virum accipere debes ꝛ non alium.

De concordia.
Capitulū. lxxvi.

Accidit in quadā ciuitate q̄ erant duo medici optimi in omī scientia medicinali imbuti qui omnes ad eos venientes de quacūq3 infirmitate curabant ita q̄ penitus pplus ignorabat quis eorū esset melior. Infra tp̄us erat inter eos cōtentio quis eoꝝ esset maior atq3 pfectior Ait vn9 alteri. Carissime non sit inter nos discordia nec inuidia neq3 cōtentio q̄s nostrū est perfectior. Sed vnū faciamus et quicūq3 ex nobis defecerit sit ille seruus alterius Ait alter. Dic michi qd̄ est illud. Et ille Ego duos oculos tuos de capite eruā sine grauamine et super mensam tuā ponā. ꝛ qn̄ tibi placebit in capite tuo sine lesione tua reponam. Si vero mecū hoc idem per oīa feceris equales ābo simus et quilꝫ alteruꝫ nutriat sicut fratrē suum. Si vero aliquis defecerit seruus alteri9 erit. Ait ille. Optima ꝓbatio per oīa michi bene placet. Ille vero qui q̄stionē ꝓposuit accepit instrumēta sua et infra oculos alius cum quodā vnguēto nobilissimo iterius ꝛ exterius liniuit. Et cū istrumēto suo duos oc'los socij extraxit ꝛ super mensam posuit: et ait socio suo. Carissime quomodo tibi videt. Et ille. Unū

scio q̄ nichil video q2 oculis careo ⁊ tñ nullam lesionem sē tio. Sed modo vellem q̄ oculos meos sicut michi p̄misisti restitueres. et ille. Libēter attemptabo. vnguentū accepit et oculos interius et exterius sicut pri⁹ inunxit ⁊ oculos suos reposuit. Et ille. Carissime q̄d iam tibi videt̄. Et ille. Optime q2 i extrahēdo nullā lesionē sensi. Tunc dixit ille. Jam restat vt michi simili mō ministres. Qui ait. Presto sū Accepit instrumēta sua ⁊ vnguenta sua sicut ille fecerat intus ⁊ exterius liniuit. Deinde oculos ei⁹ extraxit ⁊ sup mensam posuit ⁊ ait. Carissime q̄d tibi videt̄. Et ille. Michi videtur q̄ oculos p̄didi tñ nullum dolorē sensi sed vellē libentissime q̄ oculos rehaberem. Cū vero ille parasset instrumēta sua ⁊ oculos restitueret. fenestra dom⁹ erat apta et quidā coruus intrauit vidensq̄ oculos in mēsa subito vnū oculū rapuit et volauit. Medicus hoc percipiens est ɔtristatus totaliter et ait intra se. Nisi oculos socio meo restituā seruus eius ero. Respiciēs a longe vidensq̄ caprā oculū eius extraxit et in locū oculi ablati reposuit. Hoc facto dixit socio suo Carissime q̄d tibi videtur. Qui ait. Nec i extrahēdo nec in reponēdo aliquē lesionem sensi: s3 vn⁹ ex oculis meis semp sursum ad arbores respicit. Et ille. Ex quo ita p̄fecte medicinā meā tecū feci sicut ⁊ tu mecū modo ambo sumus equales nec inter nos sit cōtentio. Et sic ābo post hec adinuicē sine ɔtētiōe vixerūt.

Moralisatio.

CArissimi Per istos duos medicos intelligere debemus legem nouā ⁊ antiquā que ambe curabāt q̄rum ad salutem anime. Facta est cōtentio et adhuc est inter xp̄ianos et iudeos que lex est melior et p̄fectior. Ad p̄bandā veritatem quilibet oculos alterius extraxit. Hoc est dictu. In lege antiqua multa sunt a quibus deus extraxit sicut decē precepta in antiqua lege. Sicut saluator ait. Nō veni soluere legem s3 implere vt si aliquis hominū intendat deum videre oportet q̄ talis ad nouam legem recurrat et tunicam baptismi se induat. Coruus venit rapuit vnum oculum iudeorum vt non possent veritatem videre. et in loco huius ponebat oculum capre. s. quasdam cerimonias quibus vtuntur per quas credunt deum videre et ibunt ad tenebras exteriores vbi erit fletus et stridor dentium.

¶ Quod ad diuitias non est anhelandum. Capitulū. lxxvij.

Quidam rex erat qui duas filias habebat. vna erat pulcherrima et omnibus amorosa. sed altera nigra et omnibus odiosa. Rex videns filias suas vnā pulchrā aliā nigram eis nomina imposuit. Pulchre filie imposuit nomē scz Rosimunda. Nigre filie gratia plena. Deinde pconē per totū regnum misit promulgando quod omēs venirent et filias suas in matrimoniū daret illis qui ad hoc digni essēt Quicūque vero pulchrā filiam in vxorē acciperet nichil cum ea nisi pulchritudinē obtineret. Sed qui nigrā filiam in vxorem acciperet totū regnū post eius decessuz cū ea obtineret Multi hoc audientes ad curiam regis venerunt et cū duas filias viderent oēs ad pulchram filiam currebāt et eam in vxorē petebant. Gratia plena nigra filia amare fleuit. Ait ei rex. O filia ob quā rem affligitur anima tua. Ait illa. O dñe nullus est qui me visitet nec mecum loquatur: omes ad sororē meam currūt et omes me despiciunt. Ait pater. O filia ignoras quod omia mea tua sunt et qui te despōsauerit regnum meū obtinebit. Illa sic confortata a fletu cessabat.

Post hec venit quidaz rex ad curiā regis et cū vidisset pulchritudinē rosimūde eā in vxorem petijt tm̄ cū sua pulchritudine. Rex pater puellam ei concessit: et cū magno gaudio eā desponsauit. Stabat altera filia per multos annos āte quam essz despōsata. Tandē quidā dux nobilis sed pauper intra se cogitabat. Licz puella turpis fuerit: tn̄ quicūque eam habuerit regnū cū ea obtinebit. Perrexit ad regē et eā in vxorem petijt. Rex vero gauisus est: eā desponsauit cū magno gaudio: et post mortem regis totum regnū cū ea obtinuit.

¶ Moralisatio.

Carissimi Rex iste est dñs noster iesus xp̄s Filia Rosimunda tam pulchra est mūdus iste. Unde pauci inueniūtur qui nō mundū super oia appetunt. tandez nichil cum ea obtinebūt nisi suā pulchritunem: hoc est vanitatē et diuitias. Et sicut pulchritudo per infirmitatem famē et senectutem anihiliatur: ita et diuitie hui9 mundi transeūt per mortē et sepe ante. Et ideo fatui sūt qui mundū desponsant. Altera filia. s. gratia plena que est turpis et omnib9 odiosa certe est paupertas quā miro modo deus dilexit. et ideo vocatur gratia plena: quia per eā de-

uenitur ad diuitias. Veruntamen pauci sunt qui eā despōsare volunt. immo est omnib⁹ odiosa: tamen qui eam despōsauerit vitā eternā habebit.

¶ De constantia amoris mutui. Capitulū. lxxviij.

Rex quidam pulchrā filiam habebat q̄ erat duci nobilissimo desponsata: cum quo pulchram prolem habebat ⁊ maxima inter eos erat dilectio. Dux vero morit̄ de cuius morte factus est planctus magnus in ciuitate. Domina vero satis honorifice eū sepulture tradidit. Post mortem amici eius ad eam venerūt vt scdo viro nuberet allegātes sibi etatē integraꝫ ac pulchritudinem suaꝫ. Dn̄a vero respondit Virū alterū habere nolo. quia vir meus qui mortuus est erat tam bonus dulcis ac diues per omnia q̄ me vltra modum dilexit. Et propter nimiā dilectionem inter nos eius mors tantū me affligit ꝙ vt credo viuere non potero. Si vero talem virum ponamus ꝙ inuenirem possibile esset ei ante me mori: et tunc esset michi grauis afflictio q̄͞ꝫ iam habeo nunq̄ꝫ aliū virum capere volo. Si malum viruꝫ acciperem esset michi graue post bonum habere pessimuꝫ

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste rex est deus ipse Filia anima ad dei similitudinem creata que erat nobilissimo viro. s. domino nostro iesu christo per virtutē baptismi desponsata. qui summa dilectiōe nos dilexit. quia i cruce pro nobis mortuus est ergo virū aliū p illo nō accipias hoc est aliū nūq̄ꝫ tātū diligas ⁊ sic cū eo ineternū regnabis.

¶ Quod quis nescit p̄sumere non audebit. Capitulum. lxxix.

Erat quidam rex q̄ miro modo paruos caniculos dilexerat die ac nocte bene latrātes in tm̄ ꝙ in gremio suo eos quiescere permisit et ibidem pauit. Illi vero sic cōsueuerant in gremio eius dormire ⁊ comedere ꝙ vix alibi eē volebant. Et quandoq̄ꝫ circa collū regꝭ pedes ponebāt. Et sic rex solaciū magnū ⁊ luduꝫ cū eis hēbat. Erat tūc q̄dam asinus q̄ cū oīa ista vidisset in corde suo cogitabat. Si ego cantarē ⁊ añ regē saltarē ⁊ circa colluꝫ dn̄i mei pedes ponerem rex daret michi oīa fercula ad comedendum ⁊ gremiū suū ad quiescendum. His cogitatꝭ extra stabulū saltauit aulam intrauit ⁊ corā rege cātare cepit. Deinde hincinde saltauit ⁊ post hoc ad regē cucurrit et pedes circa collum

eius posuit. Serui hoc viden tes credebant asinū infuriā z conuersum acceperunt eū et egregie verberauerunt. et sic ad stabulū reduxerunt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Rex iste est dñs noster iesus xp̄s. Caniculi bene latrantes sunt predicatores qui verbū diuinū bene p̄nunciant. Unde digni sunt in gremio celesti quiescere. Asinus potest dici q̄ p̄sumit officiū p̄dicatoris assumere verbū dei p̄nūciare: tñ litteraturā nec gratiā ad hoc habet. Et ideo timendū est ne talis sit verberatus: hoc est a dño z a populo repulsus.

¶ Der Mutia dyaboli z quō iudicia dei sunt occulta. lxxx.

ERat quidā heremita q̄ cum in spelunca quadā iacebat et diebus ac noctib⁹ deuote deo seruiebat. Iuxta cellam suā erat quidā pastor ouiū qui pascebat oues. Accidit vno die q̄ pastor erat sōno oppressus ipso dormiente quidā latro venit et oēs oues secū abstulit. Superueniēs dñs ouiū a pastore q̄rit vbi erant oues. Ille vero incepit iurare q̄ oues perdidit sed quō penitus ignorabat. Dñs hoc audiens furore repletus ipsum occidit. Heremita hoc videns ait in corde suo. O deus ecce homo iste culpam innocenti dedit z ipsum occidit. Ex quo ergo p̄mittis talia fieri, p̄pter hoc ad mundū vadā et sicut ceteri vitam ducā. His cogitatis ille heremitariū dimisit et ad mundū perrexit: sed deus ipsum perdere nolebat Angelū in forma hois ad eū misit vt se ei associaret. Quē cum angelus in via euntem inuenisset ait ei. Carissime q̄ vadis. At ille. Ad istam ciuitatem ante me. Angelus dixit ei. Ego in via ero comes tuus quia angelus dei sum z ad te veni vt sim⁹ socij in hac via. Ambo ambulabant aduersus ciuitatem. Cum autē intrassent hospicium a quodam milite propter dei amorem petebant, Miles vero satis gratātes eos recepit z honorifice ac splendide cum bona deuotione in omnibus ministrauit. Miles iste tñ vnicū filium habebat in cunabulis iacentem quem multum diligebat. Cena facta camera est aperta z lecti satis honorifice ornati p̄ angelo z heremita. Media vero nocte surrexit angelus z puerꝫ in cunabulis strāgulauit. hoc vidēs heremita itra se cogitauit. Nūquid iste erat angelus dei. bonus miles oia necessaria xp̄i

dei amorem ei dedit ꝛ non habuit nisi vnicū filium innocentē et iste eū occidit: sed tñ non audebat ei quicq̄ dicere Mane ambo surrexerūt ꝛ ad ciuitatem aliā perrexerūt in qua in domo vnius ciuis satis honorifice fuerūt recepti et splēdide ministrati Ciuis iste quēdā aureū cyphū quē miro mō dilexit habuit i quo vltra modū gloriabat. Media nocte surrexit angelus et furatus ē cyphū illū. heremita hoc vidēs itra se cogitabat Iste malus angelus est vt credo. Iste ciuis nobis optime fecit ꝛ iste furatus est cyphū suū: tñ nichil ei loquebat q2 timuit eū Mane vero surrexerunt ꝛ per viam ambulabant donec ad quandā aquā puenerūt vltra quam erat pons: pontē ascenderūt ꝛ quidā pauper eis obuiabat. Ait angelus. Carissime. mōstra nobis viā versus talē ciuitatē. Pauper vertit se et cum digito viā versus ciuitatē ondit. Cum vero vertisset se angelus subito per scapulas eū accepit ꝛ vltra pontē pecit: ꝛ submersus est pauper. Quod cū heremita vidisset ait in corde suo. iā scio q2 iste dyabolus est et nō angel⁹ dei bon⁹ Quid mali fecit pauper iste et tamē eum occidit. Ab illo tēpore cogitabat ab eo discedere Uerūtamē timēs nichil loq̄batur ei Cū vero circa horā vespertinā ad ciuitatē puenissent ad domū cuiusdā diuitis accesserūt et hospiciū p dei amore petabant Ille vero simpliciter eis negauit Ait angelus dei. Amore dei saltē tectum dom⁹ nobis concedatis ne lupi aut male bestie hic nos deuorēt Ille ait. Ecce domus vbi porci mei iacent: si placet vobis cū eis iacere potestis. sin autē recedatis quia alium locum vobis non dabo Ait ei angelus. Si aliud non potest fieri cum porcis vestris iacebim⁹ et sic factum est Mane vero surrexerunt: angelus hospitē vocauit ꝛ ait. Carissime do tibi cyphū istum. et dedit ei cyphū quem furat⁹ fuerat ab illo ciue heremita hoc videns ait intra se. Iam sum expertus q2 iste est dyabolus. Bonus homo erat qui cum oī deuotione nos recepit ꝛ furatus est ei cyphum et dedit isti pessimo qui negauit nobis hospicium. ait angelo. Nolo vobiscū amplius expectare ad deū vos recommendo. Angelus dixit ei. Audito me ꝛ tunc recedito.

¶ Expositio.

Carissime. Quando cras i heremitario dñs ouiū pastorē iniuste occidit. scias

ꝙ pastor ille ꝓ tunc mortē nō meruit: sed alias cōmisit quare mori non deberet. tunc temporis inuent⁹ est sine peccato de⁹ ergo permisit eū occidi vt penā post mortē euaderet ꝓpter peccatū qd alias cōmisit ꝑ quo nunꝗ penitētiā fecerat. Latro vero q̄ euasit cum oībus oīb⁹ penā eternā sustinebit. ⁊ dn̄s ouiū q̄ pastorem occidit vitā suā emēdabit per largas elemosynas ⁊ opa mīe q̄ ignoranter fecit. Demū filium istius militꝭ de nocte strāgulaui q̄ nobis bonū hospicium dedit. Scias ꝙ anteꝗ puer ille natus erat miles optimus elemosynari⁹ erat ⁊ multa opera mīe fecit. sed postꝗ natus est puer factus est parcus cupidus ⁊ omnia colligit vt puerū diuitem faciat sic ꝙ erit causa ꝑditionis eius ⁊ iō puerū occidi. et iam sicut pri⁹ fact⁹ est bonus xp̄ianus. Deinde cyphū illius ciuis qui nos cū deuotione recepit furatus fui. Scias tu ꝙ anteꝗ cyph⁹ ille erat fabricatus nō erat sobrior eo in tota terra sed tantum de cypho gaudebat post fabricationē ꝙ omni die tantū de eo bibebat ꝙ bis aut ter omni die fuit inebriatus: ⁊ ideo cyphū abstuli ⁊ factus est sobrius sicut prius. Deinde pauperem in aquā ꝓieci Scias ꝙ pauper iste bonus christian⁹ fuit: sꝫ si ad dimidiū miliare ambulasset aliū in pctō mortali occidisset sꝫ iā est saluat⁹ ⁊ regnat in celesti glīa. Deinde cyphū illius ciuis dedi illi q̄ nobis hospiciū negauit. Scias ꝙ nihil in terra fit sine cā. Ipse nobis cōcessit domū porcorū: ⁊ ideo cyphum ei dedi ⁊ post vitā regnabit in inferno. Pone ḡ ammodo custodiā ori tuo vt deo nō detrahas Ipse eī oīa nouit. Heremita hoc audiens cecidit ad pedes angeli ⁊ veniā petiit ⁊ ad heremitariū perexit ⁊ fact⁹ est bon⁹ xp̄ian⁹.

¶ De mirabili diuina dispensatione ⁊ ortu bti Gregorii pape. Capi. lxxxi.

Marcus regnauit prudēs valde q̄ tm̄ vnicū filiū ⁊ filiā hēbat quos multū dilexit. Cū vero ad senectutē puenisset infirmitas grauis eum apprehendit. Qui cum vidisset ꝙ viuere non posset fecit vocare oēs satrapas imperii ⁊ ait. Carissimi scire debetis ꝙ hodie spm̄ deo debeo reddere nō habeo magis ꝑiculū in aīa mea ꝙ de filia mea ꝙ eā matrimonio non tradidi. ⁊ iō tu fili qui es heres meus tibi precipio sub mea benedictiōe vt eam maritari facias tam honorifice sicut decet: et medio tempore sicut teipsam ol

die in honore eam habeas! His dictis vertit se ad parietem et spiritū emisit. De cui⁹ vero morte planctus magn⁹ factus est i ciuitate: satis honorifice eum sepulture tradiderunt. Post hoc vero filius satis prudēter incepit regnare et sororem suam in omni honore habere quam miro modo dilexit intantū q̄ omni die licet nobiles secū essent in mēsa in vna cathedra ex opposito eius sedebat et adinuicem comedebant et in eadem camera lectis separatis iacebant. Accidit vna nocte q̄ tentatio grauis eum accepit q̄ ei videbatur spiritum emittere nisi cum sorore sua libidinem suā posset implere. de lecto surrexit et ad sororē suā perexit quā dormientem inuenit et excitauit eam. Illa sic excitata ait. O domine ad quid venisti ista hora. Qui respondit. nisi tecum dormiam amitto vitam meam. Que ait Absit a me tale peccatū perpetrare. ad memoriā reducito quō pater noster te honorauit sub sua benedictione ante mortem suam q̄ me honores in omni honore. si tale peccatum perpetrares offensionem dei nō euaderes nec hominum confusionem. At ille. Quomodocunq̄ fiat voluntatem meam adimplebo dormiuitq̄ cum ea. Hoc facto ad propriū stratū rediit. Puella vero amare fleuit et consolari nolebat. Imperator vero q̄ntū potuit solacium ei prebebat et miro modo magis eā dilexit. Post hoc vero circa dimidiū annū illa in cathedra sedebat in mensa frater ei⁹ eā intime aspexit et ait. Carissima quod tibi est iam facies tua est mutata in colorē et oculi tui in nigredinem mutantur At illa. Mirum non est q̄ sum impregnata et per consequēs confusa. Ille hoc audiens vltra q̄ȝ credi potest contristat⁹ ē fleuitq̄ amare et ait. Pereat dies i qua natus sū q̄d faciam ego penitus ignoro. Que ait. Dn̄e fac cōciliū meū et post factū nō penitebis. nos nō sum⁹ p̄mi q̄ grauiter deū offēderūt hic ꝓpe est vn⁹ miles senex cōsiliari⁹ p̄ris nr̄i de cui⁹ ꝯsilio pr̄ nr̄ semꝑ est opat⁹. vocetur ille et sub sigillo cōfessiōis oia ei dicem⁹. ille vero vtile cōsilium dabit nobis q̄ satisfaciemus deo et opprobriū mūdanū euadere poterim⁹. Ait rex michi bn̄ placet. sȝ studeam⁹ p̄rio deo recōciliari. Confessi sūt ābo corde puro cū ꝯtritiōe magna. Fctā cōfessiōe miserūt ꝓ milite et totū priuate cū fletu retulerunt. At ille. Dn̄e ex quo estis deo recōciliati audi

te consiliū meum vt confusionem mundanā euadere possitis p peccatis vestris ac pris vestri terram sanctā debetis visitare ꝛ de tali die oēs satrapas regni vestri in presentia vestra cōuocare. deinde hec verba p ordinē dicere. Carissimi terrā sanctā visitare volo nullū heredem preter sororē vnā habeo sicut scitis cui in absentia mea sicut corpori meo debetis obedire ꝛ post hoc michi corā oībus dicere. et tibi carissime dico sub pena vite tue vt sororis mee custodiam habeas. Ego vo manu capio tā priuate et secure custodire eā ꝙ nullus tp̄e part⁹ nec ante nec post de casu vestro sciet nisi tn̄ vxor mea que debet ei ministrare cū manib⁹ ppriis. Ait rex. Bonū est consiliū omnia adimplebo q̄ michi dicit. Statim fecit oēs satrapas conuocari ꝛ oia a principio vsqꝫ ad finem sicut superius est scriptū per cōsiliū militis adimpleuit. Cum omnia verba consūmasset vale oībus fecit ad terrā sancta perrexit. Miles vero dn̄am sororem regis ad castrum suum duxit. Cum autem vxor militis hoc vidisset dn̄o suo occurrit ꝛ ait. Dn̄e mi reuerende qualis est dn̄a ista. Qui respōdit Dn̄a nostra soror regis est. Jura mihi per deum omnipotentē sub pena vite tue: vt ꝙcquid tibi dixero oīno habebis in secreto At illa. Dn̄e presto sum. Cuꝫ autem iurasset ait miles. Dn̄a nostra p dn̄m nr̄m regeꝫ est impregnata quare tibi precipio vt nulla creatura ministret ei excepta tua psona. ita principium mediū ꝛ finis oīa sint secreta. At illa. Dn̄e oīa ista fideliter adimplebo. Dn̄a ad camerā priuatā est introducta ꝛ satis splendide ei ministrabatur. Cū tēpus pariēdi adesset filiū formosuꝫ peperit. miles cū hoc audisset ait dn̄e. O dn̄a carissima bonū est ac vtile sacerdotē vocari vt puerū baptiset. Qui ait. Deo meo voueo ꝙ ille qui est inter sororem et fratrē genitus per me baptismū non hēbit. ait miles. Scitis graue peccatū est iter vos et dn̄m meum cōmissum nolite propter hoc aīam pueri occidere. Ait dn̄a. Uotū voui qđ firmiter tenebo. sed tibi precipio quod michi doliū vacuū apportes. Cui ait. presto sum doliū ad camerā secū portari fecit. Jlla vero decenter puerū in cunabulo reclinauit ꝛ in paruis tabellis hec q̄ sequūtur scripsit. Carissimi scire debetis ꝙ puer iste non est baptisatus quia inter fratrem ꝛ sororem est genitus: ideo ppter

dei honorē baptisetur. Et sub capite eius pondus thesauri inuenietis cū quo ipsū nutriri faciatis: ad pedes argenti pondus cum quo studiū exerceat. Cū oīa ista erāt scripta tabellas in cunabulo sub latere pueri ponebat. aurū sub capite: argentū ad pedes. deinde cū pānis sericis ac deauratis cunabulū cooperuit. Hoc facto militi precepit vt cunabulum infra dolium poneret et in mari pijceret vt nataret vbicunq; de⁹ disponeret. Miles hec oīa adimpleuit. Cū dolium in mari piectū fuisset miles tandiu iuxta mare stetit q̄diu doliū natare vidit. Hoc facto ad dominā rediit sȝ cuȝ iuxta castrum suum venisset nūcius regis de terra sancta ei obuiauit et ait ei. Carissime vn̄ venis. Qui ait. de terra sancta venio. ait ille. Quales rumores habet;. at ille. Dn̄s me⁹ rex mortuus est ⁊ corpus suū ad vnū de castris suis ductum est. Miles hoc audiens fleuit amare. Uxor eius superueniens cum de morte imparatoris audisset vltra q̄ȝ credi potest dolebat. Miles surrexit et ait vxori sue. Nolite flere ne dn̄a nostra percipiat. nichil ei dicem⁹ quousq; a puerperio resurgat. Miles ei post hos sermones ad dn̄am intrauit. vxor eius sequebatur euȝ Cū dn̄a eos respexisset ⁊ eos desolatos p̄hendit ait. Carissimi ꝓpter quā causam estis tristes. at illi. Dn̄a. nō sumus tristes sed potius gaudentes q2 liberata estis a graui periculo i quo fuistis. ait illa. Jta non est indicate michi. nolite aliq̄d celare a me siue bonuȝ siue malū. ait miles. Quidaȝ nuncius de terra sancta venit de dn̄o nr̄o rege fratre vestro q̄ narrat rumores. q̄ ait. vocet̄ nunci⁹. q̄ cū venisset ait ei dn̄a quomodo est de dn̄o meo. q̄ rn̄dit. Dn̄s vester mortu⁹ est et eius corpus de terra sancta trāslatū est ad castrū suum vt cuȝ p̄re vestro sepeliret̄. Dn̄a cuȝ hec audisset ad terrā cecidit. Miles vidēs doloreȝ dn̄e in terra iacuit. vxor milit; cū eis ac nuncius. oēs isti p magnū spaciū iacebāt et in eis p̄ magno dolore nō est vox neq; sensus. Dn̄a vero post magnū spaciū surrexit. crines capitis traxit. faciē vsq; ad sanguinis effusionem dilacerauit ⁊ alta voce clamauit. Heu mihi. pereat dies in qua cōcepta eram Nox illa nō numeret̄ i qua nata sum. Quantas habeo iniq̄tates ⁊c. i me sunt cōpleta. Perijt spes mea. fortitudo mea: frater me⁹ vnicus dimidium aie mee. quid faciā de cetero

ego penitus ignoro. Surrexit miles et ait. O dña carissima audite me. si ꝓpter dolorē teipsam neccaueris totū regnū peribit. Tu sola es derelicta et iure hereditario regnū tibi debet. si ergo teipsam occideris regnū ac prediū ad extraneos cōuolabit. surgamus et ad hunc locū vbi corpus iacet accedamus et honorifice eum sepeliemus. Deinde studeamus quō imperiū regere debemus. Illa vero ex v̄bis militis confortata surrexit et cum honesta comitiua ad castrū fratris sui accessit. Cum autē intrasset corpus reg⁊ super feretrū inuenit. sup corp⁹ cecidit a plāta pedis vsqꝫ ad verticē osculata est eū. milites videntes nimiū dolorē in ipsa de funere dñam retraxerunt et in camerā introduxerunt et corpus satis honorifice sepulture tradiderūt Post hoc quidā dux burgundie solennes nuncios ad eā misit vt ei in vxorē consentiret. Illa vero statim r̄ndit. q̄diu vixero virū nō habebo. Nuncij hoc audientes voluntatē eius dño nunciabāt. Dux hoc audiēs indignatus est contra eam et ait. si eā habuissem rex illius regni fuissem sed ex quo me vilipendebat de regno suo pax gaudebit. Exercitū collegit regnū intrauit ꝯburebat ⁊ occidit infinita mala ppetrabat et victoriā in omi bello obtinuit. Dña ad quādā ciuitatē bene muratā fugam petijt in qua erat castrū fortissimū et in ea p m̄ltos annos pmāsit. Iam ad puerū ꝓiectū in mari redeam⁹. Doliū cū puero per m̄lta regna transijt q̄usqꝫ iuxta cenobiū monachoꝝ puenit ⁊ hoc feria sexta. Eodē die abbas illi⁹ monasterij ad littus mar⁊ prexit ⁊ piscatoribus ait. Carissimi estote parati ad piscandū: illi v̄o retia sua parabāt. dū vero sic ꝑpararēt doliū cū fluctib⁹ maris ad terrā puenit. ait abbas seruis suis. ecce doliū apiatis ⁊ videatis q̄d ibi lateat. illi vero doliū aperuerūt ⁊ ecce puer puus ꝑciosis pānis iuolut⁹ abbatē inspexit ⁊ risit: abbas vero totaliter de visu ꝯtristatus ait. O deus meus q̄d est hoc ꝙ inuenim⁹ puer in cunabulo. ꝓpijs maibus eū leuauit. tabellas sub latere ei⁹ inuenit quas mat ibidē posuit et legit ꝙ ille inter fratrē ⁊ sororē esset genitus nec baptisatus sed ꝓpter dei amorē petit vt sacramētū baptismi ei daret. Deinde cū auro quod ad caput eius iueniret nutriretur ⁊ ad pedes argentū per quod studium exerceret. Ab=

bas cum hec legisset et cuna
bulū preciosis pannis orna=
tū vidisset intellexit q pu
de nobili sanguie esset statim
eū baptisari fecit et ei ꝓpriū
nomē imposuit .s. gregorius
et puerū ad nutriendū vni pi
scatori tradidit. dans ei pon
dus quod inuenit. Puer vero
crescebat et ab oībus est dile
ctus quousqꝫ septē annos in
etate ꝯpleuisset. abbas stati
ad studiū eum ordinauit. in
quo miro modo ꝓfecit ita q
omnes monachi cenobij tan
ꝗ̄ suum monachū dilexerunt
Puer vero infra pauca tēpo=
ra oēs in scientia trāscendit.
Accididit quodā die vt cū fi=
lijs piscatoris cum pila qua=
dā luderet et dictū piscatorē
patrē suum esse credidit ⁊ ca=
su filiū piscatoris cum pila le
sit. ille sic ꝑcussus amare fle=
uit domū ꝑrexit matri ꝯque=
stus est dicēs. Gregorius fra=
ter meus me ꝑcussit. Mater
hec audiēs foras exiuit ⁊ du=
re arguebat eū dicens. O Gre
gori qua audacia filiū meū
percussisti cum tū qualis sis ⁊
vn̄ ignoramus. At ille. O mr̄
dulcissima nonne filius tuus
sum ego quare talia mihi im
propas. Que ait. Filius me⁹
non es et vn̄ sis ignoro. sed tū
vnū scio q quodā die i dolio
inuentus fuisti abbas te mi=
chi ad nutriendū dedit. Ille
cum hec audisset fleuit ama=
re: ad abbatē ꝑrexit et ait. O
dn̄e mi diu vobiscū steti crede
bam me filiū piscatoris fuisse
cum tū non sum. et ideo parē
tes meos ignoro si placet me
ad militiā ꝓmoueatis qꝛ hic
amplius nō manebo. Ait ab=
bas. O fili mi noli talia cogi=
tare. omnes monachi in do=
mo existentes miro modo te
diligunt intm̄ q post decessuꝫ
meū in abbatē te ꝓmouebūt
at ille. Dn̄e sine dubio non ex
pectabo donec ad parentes
meo ꝑuenero. Abbas hec au=
diens ad thesaurū suū acces=
sit et tabellas quas in cuna=
bulo suo inuenit ei ostēdit di=
cens. Nunc fili lege interius
et qualis es clare inuenies.
Cum vero legisset q inter fra
trē et sororē esset genitus ad
terram cecidit et ait. Heu mi
chi quales parentes habeo.
ad terram sanctā pergam et
pro peccatis parentū meorū
pugnabo et ibi vitā meā finiā
Peto ergo dn̄e instāter vt me
ad militiā ꝓmoueatis qd̄ et
abbas fecit. Cū aūt licentiā
de recessu recepit factus est
plāctus magnus in cenobio
dolor in populo et in circui=
tu lamētatio. Ad mare se trā
stulit ⁊ conuenit cū nautis vt
eum ad terram sanctam du=

ceret. Cum vero nauigassent ventus erat eis oppositus et subito ducti sunt ad eandem ciuitatem in qua erat mater ei⁹ in castro. qualis quoqȝ ciuitas erat aut quod regnum naute penitus ignorabant. Cum autē ciuitatē miles intrasset quidā ciuis ei occurrebat et ait ei. Dn̄e quo tenditis. et ille. hospiciū quero. Ciuis vero ad domū suā eū cū tota familia sua duxit et splēdide eis ministrauit. Cum vero in mensa sederent dn̄s gregorius hospiti dixit. dn̄e qualis est ciuitas ista ⁊ quis dn̄s istius terre. at ille. Carissime vnū virū valentē imperatorem habuimus q̄ mortuus est in terra sancta qui nullum heredem preter sororē suā post se dereliquit. quidam dux in vxorē eā petijt que nullo modo copulari intendit. ille ex hoc indignatus totū regnum istud excepta ciuitate ista forti manu acquisiuit. ait miles Nunquid secretū cordis mei potero secure ꝑpalare. at ille Dn̄e etiam cum om̄i securitate. qui ait. miles sum. per gladium si placet die crastina ad palatiū ꝑgas ⁊ cū senescallo sermonē de me facias. ꝙ si salarium michi dederit ꝓ iusticia dn̄e āno isto pugnabo. Ait ciuis. Non dubito dn̄e qui de aduentu tuo gaudebit toto corde. die crastina ad palatiū ꝑgā et finem huius rei faciam. mane surrexit ⁊ ad senescallū perexit et de aduentu eius intimauit. Ille non modicū gaudens ꝓ dn̄o gregorio nunciū destinauit. Cū eum vidisset dn̄e est p̄ntatus. et multū cōmendat⁹ quē cū vidisset intime inspexit eū s; ꝙ erat filius ei⁹ penitus ignorabat ip̄a eū submersum a multis annis credidit. Senescallus in p̄sentia dn̄e eū ꝯduxit vt ꝑ integrū annū ei ministraret. Die crastina ad bellū se parauit. adest dux in campo cū exercitu magno. Dn̄s gregorius bellū aggreditur oēs penetrauit quousqȝ ad ducē ꝑuenit quē in eodē loco occidit et caput eius amputauit. et victoriā obtinuit. miles post hoc de die in diem ꝓficiebat. fama eius vndiqȝ circuibat sic ꝙ antequā ann⁹ fuisset ꝯpletus totū regnū a manibus inimicoꝝ acquisiuit. deinde ad senescallū venit et ait. Carissime vobis ꝯstat in quo statu vos inueni ⁊ ad quē statū duxi rogo ergo trade michi salariū q: tēdo ꝑgere ad aliud regnū. Ait senescall⁹ Dn̄e plus meruisti q̄ ex cōuentiōe tenemur tibi. ideo ad dn̄am nostrā pergā et de statu ac mercede

finē faciā. Cū autē ad dn̄am venisset ait. O dn̄a carissima dicā vobis aliqua v̄ba p̄ficua Ex defectu capitis oīa mala sustinuimus: ideo bonū est vi-rū accipe per quē poterimus de cetero securi esse. Regnū vestrū in diuitijs abūdat: et ideo virū p̄pter diuitias acci pere non consulo. Unde igno-ro vbi melius ad honorē ve-strū et cōmodū totius popu-li poteritis viruȝ accipere q̄ dn̄m gregoriū. Illa vero sole-bat semp respōdere voueo do q̄ nūq̄ copulabor viro. sȝ ad verbū senescalli diē delibera tionis ꝯstituit ad responden-dū. Adest vero dies: cūct(is) au-dientibus dn̄a dixit. Ex quo dn̄s gregorius valide nos ⁊ re gnū nostrū de manibus inimi corū liberauit eū in virū acci piā hec audiētes gauisi sunt valde. Diē nuptiarū ꝯstituit Ambo cū magno iubilo ⁊ con sensu totius iperij in matri-monio sunt ꝯiuncti filius cuȝ matre p̄pria. sȝ quales essent vterq̄ ignorabat. Facta est inter eos dilectio magna. Ac cidit quadā die q̄ dn̄s grego-rius ad venandū p̄rexit. Ait quedā ancilla dn̄e. O dn̄a ca-rissima nunq̄d dn̄m nostrū re-gē in aliq̄ offēdistis. Que ait. in nullo Credo q̄ in mūdo nō inueniunt duo adinuicē legati i matrimonio q̄ tm̄ se diligūt mutuo sicut dn̄s et ego. Sic dic michi carissima q̄re p̄tuli sti talia v̄ba. at illa. Om̄i die q̄n ponit mēsa dn̄s nr̄ rex illā camerā p̄uatā itrat let⁹: sȝ cū exierit lamētatiōes et fletus emittit. Deide faciē lauat sȝ quare hoc fit penitus ignoro Dn̄a cū hoc audisset camerā illā solā intrauit. de foramie in foramē intime respexit do-nec ad illud foramen venit in quo tabelle erāt quas singu-lis dieb⁹ solebat legere quō inter fratrē ⁊ sororē genitus esset et tunc amare fleuit. Il-le eni erant tabelle q̄ in cuna bulo suo erant inuente. Dn̄a vero cum tabellas inuenisset statim noticiā illarū habuit. Aperuit scripturā de manu p̄ p̄ria legit. Intra se cogitabat Nunq̄ hō iste ad tabellas ve nisset nisi filius me⁹ esset. In-cepit alta voce clamare et di cere. Heu michi q̄ sum nata ac in mūdo edita. vtinam in die ꝯceptōis mee extīcta fuis set mr̄ mea. Cū esset in aula clamor Audiētes milites dn̄e ad dn̄am cucurrerūt cū cete-ris ⁊ illā iacentem in terra in-uenerūt: ⁊ p lōgū tp̄s circa eā steterūt anteq̄ v̄ba ab ea ha-bere potuerūt. Deide os ap-uit et ait. Si diligit(is) vitā meā statim dominū meū querite.

Milites hoc audiētes statim equos ascenderunt et ad imperatorem equitabant et dixerūt ei. Dn̄e regina in periculo mortis iacet. Ille hoc audiens lusum dimisit et ad castrū perrexit. camerā in qua dn̄a iacuit intrauit. Dn̄a cū illum vidisset ait. O dn̄e oēs exeant preter vos vt nullus audiat que vobis dixero. Cū autem omnes essent expulsi ait dn̄a O carissime de qua progenie es tu dicito michi. Qui ait. Ista est mirabilis q̄stio. scias sine dubio q̄ de longinq̄ terra sum ego. Et illa. Deo voueo q̄ nisi dixeris michi veritatem. me cito morientem videbis. Qui ait. Et ego dico tibi q̄ pauper erā nihil habēs p̄ter arma mea cū quibus vos et totum regnū a seruitute liberaui. At illa. Dic mihi modo de qua terra es oriundus et q̄ erāt parētes tui et nisi michi veritatē dixeris nūq̄ cibū gustabo. Et ille. Uobis de veritate fateor. Quidā abbas ab infantia me nutriuit et michi sepius dixit q̄ in quodā dolio me inuenit infra cunabulū. et ab illo tempore vsq̄ ad p̄sens me nutriuit quousq̄ ad partes istas veni. Dn̄a cū hec audisset tabellas ei ostendit et ait Nūquid istas tabellas nosti Ille cum tabellas vidisset ad terrā cecidit. Illa vero ait. O fili dulcissime tu es fili⁹ meus vnicus. tu es maritus meus et dn̄s meus. tu es filius fratris mei et meus. O fili dulcissime in dolio cū istis tabellis posui te postq̄ peperi te. Heu michi quare de vulua eduxisti me deus me⁹ q̄r tot mala sunt per me p̄petrata. Fratrē meū propriū cognoui et te ex me genui vtinā ↄsumpta essem ne oculus me videret et fuissē quasi nō essem de vtero trāslatus ad tumulū. ad murum caput p̄cussit et ait. O dn̄e deus meus ecce filius meus maritus me⁹ et filius fratris mei. Ait dn̄s gregorius. Credebā me euasisse periculū et iam in rethe dyaboli cecidi. Dimittite me dn̄a vt plangā miseriam meam. ve michi. ve. ecce mater mea. amica mea. vxor mea. ecce sic dyabol⁹ conclusit me Mater cū in filio tm̄ dolorem vidisset ait. O fili dulcissime pro peccatis nostris p̄egrinabor toto tēpore vite mee. Tu vero regnū gubernabis. Qui ait. Non fiet ita: in regno mater expectabis ego vero p̄egrinabor donec a deo p̄ctā n̄ra sint dimissa. De nocte surrexit. lanceā suam fregit. vestimētis se induit p̄egrini. matri valefecit et nudis pedibus ambulauit quousq̄ extra regnū

peruenit. Deinde ad quandā ciuitatē in noctis obscuritate venit ad domū vnius piscatoris a quo hospiciū ꝑ dei amore petiuit. Piscator eū diligēter respexit: et cū mēbrorū decentiā et corporis dispositionem vidisset. ait ei. Carissime verus peregrin⁹ nō es hoc bñ apparet in tuo corpore. Ait ille. Licet verus ꝑegrinus non fuero hospiciuz tñ dei amore nocte ista peto. Uxor piscatoris cū eū vidisset pietate mota preces fundebat pro eo vt introduceretur. Cum autē introductus fuisset retro ostiuz grabatum ꝑparari iussit: piscator pisces cū aq̄ ei dedit et panem et inter cetera ei dixit. Tu peregrine si sanctitatē cupis inuenire loca solitaria deberes accedere. at ille. Dñe libenter hoc attēptarē sed solū talez locū ignoro. qui ait. die crastina mecū pergas ⁊ ad locum solitariū te ducā. et ille. Deus sit tibi merces. Mane vero piscator peregrinū excitauit intm̄ enim festinabat ꝙ tabellas suas paruas retro ostium dimisit. Piscator cum ꝑegrino mare intrauit ꝑ. xvi. miliaria in mari nauigabant donec ad quādaz rupē peruenit habēs circa pedes ei⁹ cōpedes qui sine claue non poterant aperiri. sz postꝙ̄ cōpedes serasset claues in mari ꝓiecit. Deīde domū rediīt. Peregrinus iste per. xvij. ānos in penitētia remāsit. Accidit ꝙ papa moritur. ipso mortuo venit vox desuꝑ de celo dicens. Querite hominē dei et illū in vicariū meū cōstituatis noīe gregorium. Electores hoc audientes gauisi sunt valde. nūcios per diuersas partes mūdi miserūt vt eū quererēt. Tādē in domo piscatoris hospitati sunt. Cū vero in cena fuissent piscatori dixerunt. O carissime multum vexati sumus ꝑ regna et castra querēdo vnū sanctū viꝝ noīe Gregoriū quē in sūmū pōtificem cōstituere debemus et nō inuenim⁹. Ille vero cū de peregrino fuisset recordatus. ait. Jā sūt. xvij. āni ꝙ vnus ꝑegrinus noīe Gregorius in domo ista est hospitatus quē ad quādā rupē ī mari duxi et ibidē dimisi. Sz scio ꝙ a multo tēpore mortuus est. Accidit ꝙ eadē die pisces cepit et dum vnū piscē extraxisset claues quas ante decē et septez annis in mari proiecit infra piscem inuenit. Statim alta voce clamauit. O carissimi videte claues quas ī mari ꝓieci vt spero de labore vestro non eritꝫ frustrati. Nūcij hec audientes et videntes gauisi sunt valde. Mane vero surre-

perunt piscatorē rogabant vt eos ad rupē duceret qđ et factū est. Cū autē ibidē venissēt et eū vidissent dixerūt. O gregori homo dei ad nos perge ⁊ ex parte dei omnipotētis ad nos ascēde. quia dei volūtas est vt eius vicarius in terris cōstitutus sis. At ille. Quod deo placet eius volūtas fiat. Illū extra rupem duxerunt anteꝙ ciuitatē intrauit oēs campane ciuitatis per se pulsabant. Ciues hec audientes dixerūt benedictus altissimus iaꝫ venit qui xpi vicarius erit. oēs ei obuiam ꝓcesserunt et cū magno honore eū receperūt ⁊ xpi vicariū ꝯstituerūt. Beatus gregorius in vicariatu ꝯstitutus in omnibus se laudabiliter habebat. fama eius p orbem volabat ⁊ ꝙ taꝫ sanctus xpi vicarius constitutus erat Multi ex omnibus partibus mondi veniebāt vt eius consiliū et auxiliū haberēt. Audiens vero mater eius ꝙ tā sanctus hō xpi vicarius factus esset intra se cogitabat: vbi iā melius potero accedere ꝙ ad istū sāctū virū et vitā meā ei intimare. Uerūtamē ꝙ esset filius eius et maritus penitus ignorabat. Ad romā prexit ⁊ xpi vicario est ꝯfessa. ante cōfessionē neutrū aliū cognouit. sed papa cū cōfessionē matris audisset notitiā eius per oia habebat ⁊ ait O mater dulcissima vxor et amica diabolus credebat nos ducere ad inferna et nos euasimus dei gratia. Illa hec audiens ad pedes eius cecidit ⁊ pre gaudio amare fleuit. Papa vero de terra eā leuauit et in eius noie monasteriū cōstituit in quo eā abbatissam fecit et infra pauca tēpora ambo aias deo reddiderūt.

Moralisatio.

Carissimi. Iste imperator est dñs noster iesus xps qui sororē suā .i. aiaꝫ fratri .i. homini. qui hoies xpi fideles sumus eius fratres. Et anima est soror et dei filia. sꝫ inquantum aia homini cōiungit caro dicit ꝓprie eius soror. In principio caro habet aiam in oīm honore dñi cōtra eā nichil qđ displiceat deo agit tenet eam ex ꝓcepto diuino nobili viro maritare scꝫ per opera mie. Isti duo corpus et anima mutuo se diligunt intantum ꝙ in vna camera iacent hoc est in vno corde ⁊ vna mente ꝙ diu dei ꝓcepta perpetrāt et i vna scutella comedunt hoc est in vna voluntate se disponūt qñ baptismum receperunt. et pō pis dyaboli renunciabāt. Sꝫ heu et prochdolor homo sepe ex instigatione dyaboli sororē violat hoc est animā cum viciis ⁊ cōcupiscentiis corrūpit

ita q impregnatur et parit fi
lium. Per filiū istum intellige
re debemus totū genus hūa=
num quod a primo parente p
cedebat. Adam eni erat fili⁹
dei primogeitus cui debebat
regnū istius mundi. iuxta illō
ps. Omnia subiecisti sub pedi
bus ei⁹ oues et boues vniuer
sa insup et pecora campi. ꝛc.
Sed iste in mandatis habuit
filium dei sororē eius. s. aiam
in omni honore. Ille vero per
dyabolū deceptus corrupit
eam quādo de pomo comedit
vnde filius. s. totū genus hu=
manum ab eo pcessit et in do
lio ex sensu militis. s. spūs san=
cti missus. i. in miseriam ma=
ris huius mūdi. s. piect⁹ vbi
natabat per multa tempora
Primus pater mortuus erat
et ad infernum descendit. De
relicta est aia nuda et iō dux
scʒ dyabolus eā inuasit quo=
usqꝫ filius dei venit. s. deus et
homo et liberauit nō solū ma
trem sed et totū regnū. i. gen⁹
humanum per suam passionē
quia contra eius ducē. i. dya=
bolū pugnauit ꝛ victoriā obti
nuit et terram amissam. s. pa=
radisum nobis recuperauit.
Post hec matrem suam. i. san
ctam ecclesiam despōsauit p
quam tabelle erāt scripte. i.
decem precepta que moyses
a deo recepit. Illa singlis die
bus debemus videre ꝛ in cor=
dibus nostris iprimere ꝛ sacrā
scripturā respicere legere ꝛ in=
telligere vbi inueniem⁹ quō
iste sctūs Job terre loquebat
dicēs. Pater meus es ꝛ soror
mea vermibus. si istud intime
cogitare volum⁹ materiā flen
di habem⁹. Sʒ querendū est
nobis qs traxit nos de dolio.
certe abbas. i. de⁹ ipe p filium
suū vnigeitū quotidie nos tra
hit p suā grāz de miseria pcti
et dat nos ad nutriēdū pisca
tori. Piscator iste pōt dici qlʒ
prelat⁹ qui habet peccatorē
in bonis operib⁹ nutrire ꝛ euʒ
ad christi militia ꝫ promouet
tunc poterit inter monachos
. i. sanctos viros conuersari et
sanctus esse. Juxta psalmistā
cū sancto sanct⁹ eris: et cū. ꝛc.
Deide per nauē ecclesie. s. ꝑm
eius precepta transire et viri
liter pugnare contra dyabo=
lum et per consequēs ad ma=
gnas diuitias peruenire. Di=
uitie iste sunt virtutes per qs
aia ditatur que recipitur i do
mo ciuis. s. prelati. et prelat⁹
eū ducit ad senescallū. i. con=
fessorē per quem dirigitur ad
viam salutis. et quare: qꝛ pu
gnat pro dña. i. pro aia. Sʒ se
pe ꝯtingit q homo recidiuat
pgit ad venandū. s. mundi va
nitatē. Dña. s. aia dolet quan
do de tabellis scriptis. i. de

trãsgressiõibus pꝑpetratis recordat̃. et ideo milites .i. oẽs sensus tenentur hoiem a ludo mũdi reuocare. imo deus ipm̃ vocat dicens. Reuertere reuertere reuertere ꝛc. Sꝫ qñ homo videt aiam per peccatum ꝓstratã debet se ad terram ꝓijcere: hoc est ad omnẽ hũilitatẽ se parare. vestimenta .i. vicia deponere ꝛ lanceã malevite per confessionẽ frãgere. ꝛ sic peregrinando in bonis virtutibus pergere donec ad domũ piscatoris .s. prelati perueniat. De cui⁹ ꝯsilio ad rupem penitentie includi debes quousqꝫ nuncij .i. viri ecclesiastici cum penitẽtia fuerit ꝯsummata ducent ad romanã ciuitatẽ. Ciuitas ista est sancta mr̃ ecclesia in qua debemus permanere: hoc est eius ꝓcepta adimplere: ꝛ cãpane pulsabuntur .s. per opera mie per penitentiã recuperatã. de te laudabile testimoniũ perhibent: ꝛ ciues gaudebunt .i. angeli dei de peccatore sicut scriptuꝫ est Luce. xv. Gaudiũ est angelis dei super vno peccatore penitẽtiã agẽte. Et tunc etiã poteris dñaꝫ id est aiam ad monasteriũ regni celestis perducere. Ad qđ nos perducat Jesus xp̃s dñs noster qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat. ꝛc.

¶ De iudicio adulterantium. Cp̃m. lxxxij.

Miles quidã erat qui castrum pulcherrimũ habebat sup quo due cyconie nidificabãt Sub isto castro erat fons clarus in quo cyconie solebant se balneare Accidit ꝙ femella pullos produxit. masculus vero per terrã volabat vt pullis cibũ colligeret. Illo abeũte femella est adulterata: sed anteqꝫ masculus veniret ad fontem descenderat vt se lauaret ne masculus fetoreꝫ adulterij sẽtiret. Miles cũ sepius hoc vidisset admirabatur. fonteꝫ clausit ne cyconia se lauaret vel balnearet. Illa vero cum fontem clausum vidisset et non poterat se lauare post adulteriũ cõmissuꝫ ad niduꝫ est reuersa. Masculus veniens et sentiens adulterij fetorem inde volauit et infra diẽ naturalẽ multitudinẽ cyconiarũ secũ duxit et in ꝓsentia militis eam occiderunt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste due cyconie sunt xp̃s et aia. aia est xp̃i sponsa. et quotienscũqꝫ fuerit ꝑ peccatũ adulterata ad fontẽ confessionis recurrat vt possit mundari ne xp̃s ei⁹ spõsus fetorem adulterij sentiat Miles q̃ fontẽ clausit est dyabolus qui cor hois obturat q̃

semp nititur hoiem impedire ne currat ad fontem cōfessionis et ne homo ↄfiteatur. Vñ si xp̄s in die iudicii te inueniet non lotū .i. non cōfessum sine dubio contra te veniet cum multitudine angelorꝫ eternaliter te occidentium.

¶De timorosa custodia aie. Capitulum lxxxiij.

TRaianus regnauit qui miro mō ortos dilexit. Unde semel cum quendā ortum construxisset et arbores vniuersi generis in eo plātasset custodem super ortū ↄstituit vt fideliť custodiret Erat autē quidā aper strēnuus qui ortū intrauit arbores ↄfodit et euertit. hoc percipiens custos noie ionathas auriculā eius sinistrā abscidit Aper vero amissa aure clamauit ⁊ exiuit. Altera vero die aper intrauit ⁊ infinita mala ꝑpetrauit in orto. hoc videns ionathas aurē eius dexterā abscidit et cum clamore valido ap exiuit. hoc non obstante tertia vice intrauit. qḋ videns ionathas caudā eius abscidit et sic turpiter cū clamore aper exiuit. Adhuc quarta vice intrauit ⁊ mlta mala ꝑpetrauit. Jonathas illū cū lancea pforauit et mortuus est ⁊ coquinario traditus vt pro mensa regis ꝑpararetur. Rex vero de quolꝫ aiali cor plus dilexit ꝙ aliqḋ aliud. Cocus vero cū aprū ꝑparasset et cor pingue vidisset comedit. sed cum regi fuisset de apro a seruitoribus ministratū cor ꝙsiuit. Seruitores vero ad coqnarium redierunt et cor aprí petebant. At ille. Dicite dn̄o meo ꝙ aper nullū cor hēbat. et si non credat ꝑ varias rōnes obligo me ondere. Serui hoc audientes oia verba regi denūciabāt. Ait rex. qḋ ē hoc qḋ audio nō est aial sine corde sed ex quo offert se ad ꝓbādum eū audiemus. Coquinarius erat vocatus ad regem vt ꝓbaret ꝙ aper cor non haberet. Qui ait. Dn̄e mi audite me. ois cogitatio a corde ꝓcedit. bene sequiť si nulla est cogitatio nec cor vllū. ap iste primo intrauit ortū ⁊ multa mala ↄmisit: ego vero hoc vidēs aurē eius sinistrā abscidi si cor habuissꝫ de aure abscissa cogitasset: sꝫ hoc non fecit qꝛ iterato itrauit. ergo cor nō habebat Itē si cor hūisset qn̄ aurē dextrā abscidi hoc cogitassꝫ: sꝫ nō cogitauit de aure dextra amissa qꝛ post hoc intrauit ⁊ caudā amisit. Et si aliquā partē cordis habuissꝫ de auribus et cauda cogitasset: sꝫ hoc nō fecit qꝛ post oia ista intrauit: iō eū occidi. ⁊ ꝑ istas

tres rõnes ostēdo q̄ cor nō ha bebat. Rex vero cū hoc audis set rationes hui⁹ approbauit ⁊ sic coquinarius euasit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste est dn̄s noster iesus xp̄s q̄ miro modo ortos et vineas diligit .i. status hoim: sicut sūt viri ecclesiastici religiosi ⁊ boni xp̄iani .i. quorū cordib⁹ dn̄s nr̄ plātat quotidie diuersa genera arborū .i. virtutū. sicut sunt decem p̄cepta / septē opa mie / quattuor virtutes cardinales / ⁊ tres theologicas. Custos est prelatus qui h₃ ista custodire. aper ēst homo diues ac potēs hui⁹ seculi: qui potius sesui ꝓprio credit q̄ꝫ alteri. iste ds̄truit statū suū quē accepit in baptismo ⁊ mala īfinita cōmittit qñ mortale peccatū ꝑpetrat qr violat v̄tutes quas in baptismo recepit. hoc vidēs deus p̄sonat hā .i. per mortē a nobis aufert aurē sinistrā id est consanguineū tuū interficit vt p̄ hoc vitā tuā malam corrigas Sꝫ miser homo ad tēpus dolet ⁊ cito ad vomitū reuertit: et dei precepta iterato violat hoc vidēs deus aufert ab homine aurē dextrā .i. filiū vel filiam vt sic te corrigas. Sꝫ miser homo per breue tempus mortem eorum dolet et redit ad mala opera: et tūc aufert ab eo caudā .i. vxorē vt sic flagellatus corrigatur. nec p̄ talia emendatur. tunc deus eū inteficit ⁊ coquinario .i. dyabolo tradit in die iudicij. Nō est in homine res quam de⁹ magis diligit q̄ꝫ cor .i. aiam. Tūc dyabolus allegabit q̄ animā deo obedientem non habet: ⁊ dicet ad xp̄m. Iste michi obediens fuit. Si habuisset aiaꝫ rectā nunq̄ꝫ preceptū tuū violasset. Et sic deus priuabitur anima quod est dolendum.

¶ De bn̄ficijs dei semper memorandis. Ca. lxxxiiij.

Pompeius regnauit i cuius regno erat quedam dn̄a nimis pulchra et omnib⁹ amorosa. iuxta eā quidaꝫ miles habitabat satis gratios⁹ et nobilis qui istam dn̄am sepius visitauit et a dn̄a multū erat dilectus. Miles iste cum semel dn̄am visitasset videns q̄ꝫ falconē super manum eius quem miro modo concupiuit ait. O bona si quicq̄ꝫ ꝓ te feci / aut si me diligis da michi falconem. Dn̄a ait. Tibi cōcedo sed vnū est q̄ nō tantum illuꝫ diligas q̄ a societate mea te separes Miles ait. Absit hoc a me vt ꝓpter aliquā rem me separē a te: nunc amplius teneor te diligere q̄ꝫ ante. Dn̄a falconē ei dedit Ille vero ei valefecerat ⁊ tantum in falcone

delectabatur ꝙ dn̄am nō visi
tabat ⁊ parū de ea cogitabat
sed singulis diebus cū falco=
ne ludebat. Dn̄a sepius nūci
os ad eū misit et nō venit. Tā
dem dn̄a ei scripsit vt sine di=
latione vlteriori ad eam cum
falcone veniret: quod et fecit
Qui cū venisset ait ei dn̄a. Dā
de michi falconē. quē cū app̄=
hendisset corā eo caput a cor
pore extraxit. Miles nō modi
cū dolēs ait. O dn̄a q̄d fecisti
Que ait. Nō doleas sed poti⁹
gaude et letare: qꝛ falco erat
causa quare me nō visitasti si
cut ante fecisti: ideo falconē
occidi vt ad me redeas frequē
ter sicut solebas. Miles hoc vi=
dens ꝙ ex pia causa dn̄a hoc
fecerat ei placuit ⁊ eam sicut
prius visitauit.

Moralisatio.

Carissimi Iste rex est pater
celestis Dn̄a tam pulchra na
tura hūana. deitati i xp̄o con
iūcta. Miles q̄libet xp̄ianus
q̄ dn̄m deū suū an̄ oia tenet di
ligere ⁊ eū sepius p opa meri
toria visitare. Falco signat bo=
na tp̄alia q̄ de⁹ dat hoi vt eū
p̄beret: sꝫ cū miser hō diues fa=
ctus fuerit similis fact⁹ est iu
mētis qꝛ non recordat de dei
bn̄ficijs nec eū visitat sicut so
lebat. De⁹ hoc videns aufert
ab hoie bona tp̄alia sanitatē
et p̄speritatē vt priorē amorē
habebat. non ꝙ deus odit il=
lum quē sic castigat: sꝫ qꝛ eū
diligit. iuxta illō. flagellat de
us oēm filiū quem diligit.

Quod oratio nr̄a melodia ē
corā deo. Capitulū. lxxxv

Tiberius regnauit q̄ mi=
ro modo melodiam dile
xit audire. Un̄ semel accidit ꝙ
ad venandū perrexit quandā
melodiā cythare a parte dex=
tra audiuit et in tanta dulce=
dine delectabatur ꝙ quasi ex
tra se raptus est. Equū puer=
tebat ad⁹ locū melodie ibidē
extauit. Cū aūt ad locū venis
set quādā aquā letā a longe p̄
spexit: ⁊ iuxta aquā q̄dā pau=
per sedebat q̄ cytharā in ma=
nu hēbat. De ista cythara p̄=
cessit tanta melodia ꝙ impa
tor cū gaudio est refocillatus
Ait ei rex. Carissime dic mihi
quomō cythara tua ita dulci
ter sonat. At ille. Dn̄e p trigi
ta annos ⁊ vltra iuxta istam
aquā mān̄si. Dedit mihi deus
grāꝫ talē in cythara ꝙ q̄cito
cordas ei⁹ tango exit tāta me
lodia ꝙ pisces istius aque ad
manum meā veniunt p quos
meipꝫ ⁊ vxorē sustēto cū fami
lia. Sed heu ⁊ p̄ch dolor iā in
fra paucos dies ex alia parte
aque venit quidā sibilator q̄
in tanta dulcedine sibilat ꝙ
pisces me dimittunt ⁊ ad eū
eunt. Ideo dn̄e quia potens

estis et rex totius iperij ꝯtra sibilatorē ꝓbeatis michi vi-strū auxilium. Ait rex. Carissime in nullo potero te iuuare nisi in vno: ⁊ hoc tibi sufficiat In loculo meo hamū aureū habeo illū tibi dabo ⁊ in summitate virge ligari facias. deinde cordas cythare tangas ad cuius tactū pisces mouebunt: ⁊ statim per hamū eos ad terrā trahe. et sic sibilator de loco recedet cum confusione. Pauper vero oīa adimpleuit et pisces anteꝗ̄ ad sibilatorem poterant accedere per hamū ad se eos traxit. Sibilator hec videns cū ꝯfusione recessit. ¶ Moralisatio ¶ Carissimi. Iste imꝑator est dn̄s noster iesus xp̄s: qui miro modo melodiā .s. sanctam orōnē audit et diligit qui venat̄ ꝑ sua certa aīalia .s. aīas quas dyabolus conabat̄ auferre. Aqua ista in qua sūt pisces est mundus iste ꝙ̄ est plenus peccatoribus. Paup iuxta aquā est ꝑdicator qui habet cytharā .i. sacrā scripturā cū qua debet pisces .i. pctōres ad terrā siccā .s. ad regnū celeste ꝑducere. ps. In tipano et choro ⁊c. Sed heu proch dolor diebus istis qn̄ ꝑdicator incipit citharā sacre scripture tāgere et ꝑdicare adest statim sibillator cū sua melodia .s. dyabolus ꝙ̄ sibilat tam dulcit̄ dū ꝑdicator ꝑdicat ꝙ hoīes ꝑdicationē non libēter audiūt. vn̄ est notādū ꝙ dyabolus habet diuersas sibilationes. Pmo facit aliq̄s dormire vt verbū dei non audiāt Scd̄o quos ad dormiendū allicere non pōt: facit eos garrulare. Tertio quos nō pt̄ facere garrulare: facit eos locū dimittere vl̄ nichil sapere qd̄ predicator ꝑdicat. Vn̄ necesse est predicatori hamū diuine grē petere ꝑ quā poterit peccatores ad deū ducere. Et vt ista semꝑ fit in ꝑncipio sermonis pro grā diuina rogatur. ¶ ꝙ peccatoribus gratiā diuinā exposcētibus dn̄s misericorditer condescendit.

Capitulum. lxxxvi.

ERat quidā imꝑator qui statuit pro lege ꝙ si mulier sub viro suo eēt adulterata ꝑpetuo carceri esset mācipanda. Accidit ꝙ quidā miles mulierē nobilē desponsauit quā multū dilexit. Ille vero ad ꝑegrinādū in partibus lōginq̄s ꝑrexit. Uxor ꝟo post eius recessum adulterata est et de adulterio cōcepit. Cum vero ꝯtra eā legitime erat ꝓbatum ex ꝑcepto imꝑatoris carceri est adiudicata ꝙ̄ ī carcere filiū pulcerrimū peperit puer vero creuit et ab oībus

est dilectus qui eum viderūt.
Mater vero gemitus ⁊ suspi
ria continue emisit nec conso
lari poterat. Accidit vna die
cum puer matrē flentē vidis-
set dixit ei Ob quā causā cha-
rissima mater sic affligit aīa
tua. ait: mater. O fili dulcissi
me multū habeo flere vltra
capita nr̄a est accessus hoim
et sol lucet in claritate sua.
Nos vero hic sumus in tene
bris et nullū lumē habemus
Ait fili⁹. O mater dulcissima
illā lucē quā dicis sup capita
nr̄a nunq̄ vidi: q2 in isto car-
cere natus fui. Dūmō copiā
cibi et potus habuero michi
hic placet sp pmanere dū vi-
vero. Dū aūt sic loquerentur
adinuicē impator cum militi
bus ad hostiū carcer[is] stabat.
Ait vnus miles regi. Dn̄e nō
auditis istam lamentationē
in carcere inter matrē et filiū
At ille: Etiā optime audio et
eis compatior. Milites dixe-
runt. Dn̄e rogamus vt fiat il
lis gratia et mia: quibus rex
dixit. ad preces vestras cōce-
do amboſq3 de carcere duxe-
runt et ab omni pena libera-
uerunt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Impator iste est
pater celestis qui istā legē de
dit q si mulier id est aīa sub
viro: id est xp̄o fuerit per pec-
catū mortale adulterata per
petuo carceri infernali adiu-
dicabit si sic decedat. Dn̄a ve
ro ista in carcere fleuit amare
Et q̄re: certe q2 violauit aīaʒ
suā. regnū eternū pdidit san-
ctā ecclesiā depriuauit ⁊ vir-
tutibus q̄s in baptismo recepit
per peccatū spoliauit. Puer
qui dixit. Dū cibū habuero
michi placʒ hic pmanere. sūt
mundi potentes et diuites q̄
dicūt. Si deus daret eis mū-
dum ⁊ p voluntate carnis de
licias lumē celi nunq̄ deside
rarent de talibus valde dolē
dū est. Miles qui stetit iuxta
ostiū pōt dici bonus p̄latus
qui habet p peccatoribus in
time deum rogare vt det eis
grām a carcere peccati resur
gere q poterunt ad eternā vi-
tam intrare. Quam nobis ⁊c.

¶ Q xp̄s se pro nobis morti
exposuit. Capitulū. lxxxviij.

Quidā impator in quo-
dā bello mortali expo-
situs fuit morteq3 vix potuit
euadere. Qd̄ pcipiens miles
quidā strenuus iterposuit se
inter impatorē et hostes eius
ita q impator euasit sine le-
sione. miles autē p eo diuer-
sa vulnera recepit curat⁹ est
cū magna difficultate: tn̄ ci-
catrices in eo semp permāse-
runt et ab oībus est cōmenda
tus q tam egregie p dn̄o suo

pugnasset. Accidit postea q̄ ille miles debuisset hereditatē suā iniuste amittere: accessit ad p̄fatū imperatorē rogauit vt eū iuuaret ⁊ s̄niam pro eo daret. At ille. Carissime non possum tibi ad p̄sens attendere: sed dabo tibi iudicē qui cām tuā examiabit et qđ iustū fuerit faciet. At ille. O dn̄e cur talia dicis? statim coram oībus oia vestimēta sua dilacerauit et vsq̧ ad nudā carnem cicatrices vulnerū ei ostēdit dicens. Ecce q̄d sustinui ꝑ te et tu non vis me vindicare nec iuuare. est ne iustum postq̄ tantū ꝑ te sustinui vt alius q̄ tuipē sit in cā mea iudex et aduocatus ꝑ me. Imperator hoc audiēs ait. O carissime verū dicis qn̄ in periculo mortis fui tu et non alius me saluasti. statim ꝓ tribunali sedit rex et iudicium pro eo dedit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Xp̄s i bello mortali inter te et dyabolū seip̄m interposuit et suscepit pro te vulnera mortalia sed morte turpissima mortuus est. est ergo ne iustū q̄ alius q̄ tu penā vel pn̄iam sustineas ꝑ amore suo. certe non. Si duo fratres sint heredes alicuius hereditatis quā hereditatē aliquo casu amiserunt si alter eorū ꝓ hereditate recuperanda pugnauerit laborauitq̧: alius nichil: sed sine oīni labore eā hr̄e vellet: est ꝫ hoc iustū? certe non. Sic est de nobis ⁊ de xp̄o nos amisimus hereditatē regni celestis ꝑ peccatū. xp̄s ꝓ nobis per suā mortē acq̄siuit. iō iniustū est vt nullus alius ꝑ te faciat qđ poterꝭ mereri q̄ tuipē si desideres vitā eternā obtinere. Quam nobis ⁊c.

¶ De cautela dyaboli q̄ multos ad iteritū subducit. Capitulū. lxxxviij.

De quodā p̄ncipe narratur qui cum oībus viribus suis non poterat hostes suos deuincere. fecit hāc cautelā. simulauit fugā et castra sua cū victualibus hostibus dereliq̄t: in q̄bus castrꝭ dolia multa plena vino infecto dimisit ꝑ semen cuiusdam herbe: ita q̄ hō bibens de vino illo statim obdormiret. Sciuit etiā hostes famelicos et gulosos q̄ sup vinū cū gaudio superuenientes ad libitū suū bibētes statiq̧ semimortui dormire ꝯpellebanꝭ super quos princeps rediens oīs ad libitum suum occidit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. hac cautella vtiꝭ dyabolꝰ ꝯ eos q̄s videt se non posse superare: simulat se fugere et procul abesse duz

eos sub spe bōe amicitie ⁊ so-
laciū diu pmittit ad tabernas
sedere vt inebriatos ducat q̄
voluerit. nūc ad homicidium
nūc ad luxuriā ⁊c. Caueam⁹
ergo a tali potu si desidera-
mus venire ad eternam vitā.

¶ De triplici statu mūdi
Capitulum. lxxxix.

Miles quidā erat q̄ tres
filios habebat q̄ cū mo-
ri deberet pmogenito suo he-
reditatē legauit. Scd̄o filio
thesaurū. Tertio filio anulū
preciosum q̄ plus valuit q̄ꝫ to-
tū qd̄ legauit aliis duobus.
etiā pmis dedit anulos duos
nō tā p̄ciosos. Oēs anuli fue-
rūt eiusdē spēi. Post mortem
pr̄is dixit pm⁹ filius. Ego ha-
beo anulū pr̄is mei p̄ciosum.
Scd̄s fili⁹ dixit: tu nō habes
sꝫ ego hēo. Terti⁹ vero dixit.
non est iustū qd̄ vos hēatis eo
q̄ senior hꝫ hereditatē ⁊ ali⁹
thesaurū: ergo ratio dictat vt
ego anulū p̄ciosū habeā. Ait
primus. Probem⁹ in facto qs
anul⁹ sit p̄ciosior: ⁊ ille est me-
lior. At ille. Mihi placꝫ. Sta-
tim adducti sūt infirmi diuer-
sis varias infirmitates hn̄tes:
primi duo anuli nichil opati
sunt: sꝫ anulus iunioris oēs
infirmitates curauit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste miles ē dn̄s
nr̄ iesus xp̄s q̄ tres filios ha-
bebat. s. iudeos saracenos et
xp̄ianos. Iudeis dedit terrā
pmissionis. Saracenis dedit
thesaurū hui⁹ mūdi q̄tū ad
potētias ⁊ diuitias. Xp̄ianis
dedit anulū p̄ciosū. s. fidē: qꝛ
p fidē xp̄iani possūt varias in-
firmitates ⁊ languores aie cura-
re sicut scriptū est. oīa possibi-
lia sūt credēti. itē si habueritis
fidē sicut granū sinapis. Itē
ipossibile ē sine fide placē deo

¶ De libertate arbitrij. xc.

Rex aliq̄s erat in quodā
regno in quo talis erat
lex posita. s. q̄ frat senior he-
reditatē diuideret et iunior
eligeret. Cui⁹ ratio est: qꝛ ma-
ioris discretiōis est diuidere
q̄ꝫ eligere. Senior autē discre-
tior esse debet. Alia lex fuit q̄
liceret filiū ex ancilla heredi-
tatē accipere sicut et filij libe-
ri. Contingit autē duos fra-
tres. vnū de ancilla et vnū de
libera hereditatem diuidere
Frater enim senior diuisit sic
Ex vna parte totam heredi-
tatem posuit: et ex alia par-
te matrem fratris sui posuit.
Frater eius cogitabat ma-
trem meam ante omnia de-
beo diligere. ⁊ per consequēs
elegit matrē ⁊ hereditatē di-
misit spās de curialitate fra-
tris sui aliquid obtinere: sꝫ ni-
chil ab eo obtinebat. Adijt
iudicem fratrem suum accu-

sauit q eu ab hereditate sua exclusit. Rndit frater suus et dixit q eum deceperit: qr ille q eligit nō q diuidit cert9 est.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Deus pater duos filios habuit Unū de ancilla: aliuz de libera. De libera habuit xpm qui est de eadem essentia de qua pater et coeternus sibi. De ancilla hominē: qr quo ad corpus est de terra et iste est minor qr ex tempore pduct9. Xps filius senior hereditatē diuisit. Quomodo? certe matrē.i.terrā et terrena posuit ex vna parte: et ex alia posuit celum et celestia. Electionē tn̄ homini dedit q si matrē.i.terrena eligeret hereditate celesti careret. Sz reuera peccans mortaliter hereditate celesti spreta matrē eligit: nec xpz poterit accusare: qm non qui diuidit: sed qui eligit circumscribit. Patet ergo q qui terrenas voluptates preponit et in peccato mortali existens vitam eternam non potest de gratia nec de iure sibi vēdicare seu presumere de hereditate: sed forte ex quadam pietate. Consulo ergo vt non eligamus matrem id est mundum istum: quia tot9 mūdus in maligno posit9 est Studeamus ergo eligere hereditatem celestem.

¶ De accidia et pigritia. Capitulum. xci.

Polinius regnauit q tres filios legitur habuisse quos multum dilexit Unde p se cogitauit disponere de regno suo. Uocauit tres filios suos et ait. Quis vestrum est pigrior ille regnum post meū decessuz habebit. Tūc ait primus filius patri. Michi ergo debetur regnuz vestrum quia adeo piger sum q ad ignez sedēs prius crura permitto cōburi q̄ inde me traherem. Secundus filius ait. Pater michi debetur regnum vestrum: quia si circa collum meum funem haberem et mox suspendi deberem et gladium in manu mea tenerez: propter magnā pigritiā meam ad scindēdum funem manum meam non extenderez. Tertius filius dixit patri. Ego regnare debeo: qa in pigritijs ceteros precedo: dum superius in lecto iaceo et gutte aque super vtrūq3 oculuz cadunt propter magnam pigriciam caput meuz mouere nescio ad dexterā vl' sinistrā nec volo. Rex cū hoc audisset ei regnū legauit reputans eū pigriorem.

¶ Expositio.

Carissimi. Iste rex est dyabolus qui est rex et pater super omnes filios super-

bië sicut Job dicit. Per pri-
mum filiū bene designantur
illi qui sunt in societate puer-
sa.s.in adulterio ꝛ fornicatio-
ne per quam ad malum intē-
dunt: tamē magis eligunt in
igne peccati cremari vel adu-
ri ꝙ a tali prauo consortio se-
parari. Secundus fili⁹ signat
illum qui licet peccatorū suo-
rum funib⁹ videat se circum-
plexum et ligatum quibus
mox suspendendus est ad in-
ferni patibulum tamē ad ea
scindendum manus non extē-
dit videlicet gladio lingue sue
per verba confessionis. Ter-
tius filius designat illū qui
doctrinam audit de paradisi
gaudio et inferni supplicio: et
tamen pre nimia pigritia du-
cens statū suum prauū.s.pec-
catorū non deserit: ad dexte-
ram premiorū amore deside
rio couertēdo nec ad sinistraꝫ
vt peccatū dimittat saltē metu ꝛ
terrore īfernaliū tormētorū.

¶ Christus elegit mo-
ri propter vitam nr̄aꝫ.
Capitulum. xcij.

LEgitur de quodā rege q̄
habuit vxorem noīe cor
neliā. Accidit quadā vice ꝙ i
castro regis sub quodā muro
inuenti fuerūt duo serpentes:
vnus masculus: altera femel
la. Quod audiens rex interro
gauit a suis magistris et do-
ctoribus q̄d hoc significaret
ꝛ dixerūt illos serpētes ibidē
latere in signū mortis viri vel
mulieris. ꝛ dixerunt: si occide
retur masculus vir moreretur
et si occideret serpēs femella
vxor moreretur. Quo audito
rex dixit. Occide masculū ser-
pentem ꝛ femella viuat quia
libentius vellet mortē suaꝫ ꝙ
mortē vxoris sue et assignans
causam dixit. Si vxor mea vi
uit potest multos filios ꝓdu-
cere q̄ poterunt in regno meo
succedere: quia si ipsa more-
retur regnū heredē nō hēret.

¶ Expositio

¶ Carissimi. rex iste est domi-
nus noster iesus christus qui
nos regit sicut rex cuius vxor
est humana natura.s.in vtero
virginis copulata: sed in hoc
mūdo quasi ī hac domo hui⁹
spōsi duo serpētes fuerūt inuē-
ti.s.legis antique. Serpens
masculus erat benignitas di-
uine mie. Hec vxor hūana na-
tura viuere ꝑ grām nō potuis
set. Sed sponsus.s.xp̄s elegit
sibi mortem in cruce vt huma
na natura viueret. Etiam po
tes hunc sensuꝫ applicare de
carne et spū: ita oportet ꝙ ca
ro tanꝙ masculus infructuo-
sus per spiritū occidatur.

De hēditate ꝛ gau-
dio fidelis anime.
Capitulum. xciij.

Quidam potens dñs duos filios suos misit ad studiũ vt studerent ac proficerent: et ex hoc prebendã obtinerent. Transacto modico tẽpore misit eis pater litteras vt ad propria remearent Fratres his auditis ad patriam pperauerũt. vnus fratrũ valde letus est de reuersione ⁊ cũ rediit cuȝ leticia receptus est in hereditatẽ constitutus est. Alter vero frater de reuersiõe turbatus est valde: qui dũ rediit mater ei⁹ occurrens osculata est eum et osculando os eius dẽtib⁹ eius abstulit. Soror sequẽs matrẽ volens osculari eũ abstulit ei nasum. Frater sequens abstulit oculos. Pater adueniens rapuit euȝ p capillos ⁊ pellẽ abstraxit.

Applicatio.

Carissimi. Iste diues ẽ de⁹ qui duos filios misit ad studium scȝ corpus et aĩam vt studerent in scolis huius mũdi ⁊ in bonis operibus pficerent: et sic eternã vitã. s. hereditatẽ possiderẽt. Littere sunt mors hec littera mittitur dum hõ moritur aĩa gaudẽs ad eũ redit que letanter recipitur ⁊ in hereditatẽ cõstituitur Frater alter qui inuitus redit est corpus qui de reuersione turbat nec mirrũ qȝ miserrime collocatur. Soror et fratres bufones sunt et serpẽtes qui nasũ et oculos corrodũt. Pater est putredo terre q̃ capillos ⁊ cutem ⁊ carnẽ consumit. de istis parentibus dicitur. Job. xvij. Putredini dixi. ⁊c.

¶ Qꝫ aĩa pulchra p pctĩ leprã infecta p̃stinã pulchritudinẽ hẽre nõ poterit nisi p altos gemitus ⁊ pfunda suspiria. Ca. xciiij.

Erat quidaȝ rex volens pegre pficisci in longinquis partib⁹ ⁊ hñs vnicã filiã formosã sole splendidiorẽ nesciens cui fideli mente cõmitteret eã in custodia: tandẽ cõmisit vni militi suo secretario quẽ tenerrime dilexit precipiens ei vt custodiret eã ne aggressuȝ haberet ad fontẽ vnũ in illa terra vel regione psiliẽtem: si biberet de eo efficeret leprosa talis nature fuerat: tamẽ amenissime suauitatis. Ut ergo miles eaȝ tã formosã redderet in regressu sue pegrinatiõis sicuti iam dictã acceptauerat ppendit predict⁹ miles si ista nõ faceret tũc totuȝ seruitiũ suum pderet: ausus nõ esset suũ dñm expectare. Custodia p̃habita p aliquod tp̃s: tãdẽ dicta filia veniens ad fontẽ occulte bibẽsq; de illo effecta est leprosa: pcipiens hos miles dolore repletus fugiẽs cũ eadẽ de regione ad de

tertiū: inueniēsq ibidē vnū reclusoriū pulsans manibus: intus heremitā quendam inueniens narrās sibi oīa fctā prenarrata: dansq heremita dicto militi sanū cōsiliū dicens Vade ad montē quē mōstrauero tibi: inuenies lapidē cū virga q̄dā. cū dicta vga pcuties lapidē acriter donec habeas de eo humiditatē et liquorē: cū illo lini eā et perunge ꝛ fiet sana ꝛ pstinā pulchritudinē accipiet. Faciensq p̄dict⁹ miles sicut sibi dixerat heremita filia reg̃ pstinā sanitatē ꝛ pulcritudinē recepit

¶Expositio.

¶Carissimi. Rex iste est dn̄s noster iesus xp̄s q̄ peregre pfectus est reddere volens prī suo illō qd de purissima vgie mr̄e sua maria accepit: vicʒ verā hūanitatē qua in die iudicij reuersurus est: p filiā vnicā aīa nr̄a q̄ decies clarior sole erit añq̄ȝ veniat ad eternā vitā significat. Per militē q̄libet pctōr per oīa delectamēta hui⁹ mundi discurrēs q̄ sūt sibi dulcia. Filia effecta est leprosa. i. peccat̃ plena p egressionē regiōis: q̄libet pctōr relinq̄ns secularia et transitoria: p reclusoriū ecclesiā. p heremitā sacerdotē inueniēs ac narrās sanctā ꝯfessiōnē faciens: dans consiliū penitentiā iniūgens: p montē corpus pprīū: p lapidē cor lapideū: p virgā pniam magnā vicʒ castigationē pprij corpis: orōes elemosinas ieiunia faciēs: p hūiditatē ꝛ liquorē lacrimas oculoꝝ ac cordis contritiōis sic in die iudicij fiet tua vnica filia syon. i. aīa tua salua formosa ac suo creditori ḡtiosa

¶Qꝫ xp̄us restituit nobis hereditatem superne patrie. Capitulum. xcv.

LEgitur in gestis romanorū q̄ erat quidā tyrānus maxentius nomīe: qui ciues romanos hereditate voluit priuare. Incūbente igit̃ seuitia tyrāni fugerunt exterminati ad constantinū regeʒ in britāniā. Deniq cū multi confluerent concitauerūt euʒ aduersus tyrannum dicētes. O cōstantine rex restitue nos in regnum nostrum. Ex his verbis commotus est constātin⁹ armauit se ascēdit equū et tyrannum prostrauit et sic romanis hereditatē restituit

¶Moralisatio.

¶Carissimi. Iste tyrān⁹ ē diabol⁹ q̄ generi hūano fuit crudelis intātū q̄ genus humanū celesti hereditate p̄uauit. Qd vidēs genus humanū ad

regem constantinū.s.ad deū fugit petens auxilium ab eo. Unde ps. Apprehende arma et scutū et exurge in adiutoriū mihi quia tu es qui restitues hereditatē meā mihi. His verbis cōmotus est deus rex et armauit se cū se diuine nature copulauit et equū suū ascendit dum in cruce suspendi voluit et sic tyrannū ꝓstrauit et nobis hereditatē restituit.

¶ Quod vita presens est vita remissionis et gratie.

Capitulum. xcvi.

Rex alexander posuit cādelam ardentem in aula sua et misit precones per totū regnum suū qui clamauerūt et dixerūt. Si aliquis forefecerat ꝯtra regem quod audacter veniret quādiu cādela arderet et rex forefactum dimitteret. et si quis forefactū haberet et non veniret candela extincta morte mala periret. Istud audictis populis in regno multi venerunt ad regē et misericordiā petierūt Rex benigne recepit eos. Et multi fuerūt qui noluerunt venire et neglexerūt. Sz quādo candela fuit extincta rex eos fecit p violentiam afferri et mala morte occidi.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per regē alexādrū possumus intelligere xp̄z qui est rex regū et dn̄s dn̄antiū. Posuit candelā ardentem. i. presentē vitam que transit tā quā candela ardens: precones missi sunt. i. p̄dicatores qui quotidie clamāt Si aliquis forefecerit cōtra regem. i. contra xp̄m quod audacter veniat quādiu candela ardet. i. presens vita durat. qr xp̄s est nimis misericors. Unde dauid. Misericordia eius super oīa opera eius sicut patet in latrone. &c. Modo aliqui audiūt et veniūt ad regem et miam petunt vt sūt illi qui peccata sua dimittūt mandata dei tenent et viuūt sicut boni xp̄iani. Illos benigne recipit. Et per illos qui noluerūt venire possumus intelligere malos xp̄ianos. s. raptores: vsurarios et ceteros peccatores: qn̄ candela est extincta. i. post istam vitā xp̄us faciet eos venire corā se in die iudicij et mala morte occidi. i. eternā mortem pati qn̄ dicet eis. Ite maledicti in ignē eternum.

¶ De morte.

Capitulum. xcvij.

Legitur in coronic: quod anno. xxij. ab vrbe romana condita populus roman⁹ columnā marmoreā in foro romano statuerūt et ibi ymaginem Julij cesaris fecerunt. et super caput eius nomē Julij scripserūt quia in honore ipsi⁹

factum fuit. Sed iste Julius
cesar tria signa i morte vel an
teq̄ moreret̄ accepit. Centesi
mo enim die ante mortē suaȝ
cecidit fulmē ante ymagineȝ
in foro et in noie superscripto
lr̄am primā abrasit. Nocte ve
ro precedente dieȝ mortis sue
fenestre thalami eius cū tāto
strepitu et impetu sūt aperte
vt domū ruituram estimaret.
Eodeȝ vero die mortis sue cū
ad capitoliū iret date sunt ei
littere indices mortis sue imi
nētis q̄s si statim legisset mor
tem euasisset.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Sic est de nobis
et de deo vt mortē eternā eua
damus tria signa nobis fecit
deus. Primuȝ est deletio lr̄e
capitalis de nomine per istaȝ
lr̄am que in principio nomis
ponitur intelligit abūdantia
diuitiarum. Hec enim est q̄ fa
cit hoiem habere nomē in ter
ra. Nemo eniȝ in istis diebus
nomiatur in terra nisi habue
rit diuitias. Hoc patet. Nam
si queratur quis sit melior vil
le vel ciuitatis. statim prepo
nitur qui plures diuitias hȝ.
Quis sit pessimus. Ecce quō
diuitie dant homini nomē. qꝛ
si diues non essȝ: nō esset noia
tus. Et quia aliq̄n diuitie sūt
occasio mortis eterne. ideo deꝰ
dat primū signū ꝙ taleȝ vult
saluare. et aufert primā lr̄am
nominis sui. s. diuitias ab eo
⁊ facit eū paupē vt sic q̄ p diui
cias ab eo recesserat p paupta
tē ad eū redeat. Scdȝ signum
qd Juliꝰ cesar accepit est ꝙ iu
xta camerā suā fuit magnus
strepitus. Hec camera est cor
pus humanū. qꝛ cū homo vi
det se esse pulcrū et fortē sta
tim cadit in pctm̄ p qd mors
eterna sibi p̄paratur. Et ido
volens eū deus a morte eter
na reuocare facit scdm signuȝ
scȝ magnū strepitū circa cor
pus suū mittendo. s. talē ⁊ tā
tam infirmitatē et debilitatē
ꝙ ad mortem creditur ruere ⁊
cadere vt sic qui per pulchri
tudinem et fortitudinē a deo
recesserant per infirmitatē et
debilitatē reuocent̄ et penite
ant. Ps. Multiplicate sunt in
firmitates eorū. Exemplū de
btō paulo dicente. Libenter
gloriabor in infirmitatibꝰ me
is. Tertiū signū qd Juliꝰ ce
sar accepit fuit ꝙ lr̄e indices
mortis iminentis sibi tradite
fuerāt q̄s si legissȝ mortē eua
sisset: Hoc signū facit deꝰ no
bis pctōibꝰ q̄ tūc dr̄ tradere
lr̄as indices mortꝭ nr̄e dū sua
gr̄a ꝯsciētias nr̄as illustrat vt
legere possimꝰ pctā nostra q̄
bus mortē eternā meruimꝰ. ⁊
ideo dū lucē ⁊ gratiā scti spūs
habemꝰ lr̄as istas legamꝰ. i.

petā nostra referamus bono corde et postea sacerdoti ore. vt sic legendo mortē eternam euadere valeam⁹ ne lr̄e clause .i. cōsciētie nostre nō mūdate post mortē nostrā apiantur et manifestent toti mūdo.

¶ Q deus in hac vita placari potest. Cp̄m. xcviij.

Narratur q antiquitus mos erat romanorum q quando castrum vel aliquaꝫ ciuitatem obsidebāt vnā candelam in certa mensura accēdebant et q̄diu candela ardebat parati erant omēs ad pacem recipere q̄tūcūqꝫ malefactor esset. Sed postq̄ consummata fuerat omēs iusticie seueritatem exercebant in hostes suos nec tamē alicui licꝫ dare omnia bona sua misericordiam facere voluerunt.

¶ Applicatio.

Carissimi. Sic habet de⁹ se erga peccatores. nam corda nostra ciuitates anime sunt obsessa cum vicijs et concupiscentijs per dyabolū mūdū et carnē: deus ex sua mia statuit hoibus tēpus in quo si velint poterunt inuenire cādelam accensam .i. q̄diu vita est in corpore quādocūqꝫ peccator miam desideret pacem ꝫ concordiā dei reciperet. Tota vita nostra est cōstituta et permissa vt penitentiā faciamus et viuamus. Unde saluator dicit. Nolo mortem pctōris. ꝛc. Et ideo q̄diu aīa est in corpore petamus veniā ꝫ misericordiā obtinebimus. Joh. xvi. Petite ꝫ accipietꝭ. Sꝫ certe cū vita nostra fuerit terminata per mortē: tunc nō erit tēpus miam petere et licꝫ peterimus nō daretur nobis: ergo faciamus penitētiā q̄diu ad huc sumus in hac vita.

¶ De virili pugna xp̄i et ei⁹ victoria. Cp̄m. xcix.

Cesar regnauit in cui⁹ regno erat q̄dā miles generosus ac fortis q̄ semel p quādā forestā equitabat bufonē cū serpēte vidit pugnare: sed bufo preualuit et serpentē deuicit. Hoc videns miles serpentē iuuit ꝫ bufonē grauiter vulnerauit. euasit ꝫ fugā accepit tn̄ per bufonē miles grauiter erat vulneratus. Hoc videns miles de equo descendit: sꝫ venenū bufonis in vulnere eius remansit. Miles domū perrexit ꝫ longo tp̄e in infirmitate vulneris remāsit. Testamentū suū condidit ꝫ ad mortē se parauit. Cū vero semel iuxta ignem iacuissꝫ q̄si de vita sua desperans serpēs quē a morte saluauit intrauit. Serui videntes serpētē dixerūt. Dn̄e quidā serpēs intrauit. Miles

cũ illũ respexit agnouit eũ q serpens ille erat pro cuius defensione vulnera et oĩa mala suscepit. Miles ait. nolite eũ impedire credo q nullũ malũ michi faciet. Serpẽs vero coram oĩbus ad eum accessit et venenum vulneris cũ lingua suxit quousq os plenum habuisset. Statim extra domuz cucurrit et venenum extra se proiecit. Rediit et ad vulnus iterato accessit bis ter quousq totũ venenũ hausit. Hoc facto miles serpẽti lac ad bibẽdum dedit. Cũ vero sic bibisset buso a quo miles vulnus recepit intrauit et cõtra serpẽtem pugnare incepit ac si essz in vindictã q serpens militez sanauit. Miles cũ hec vidissz ait seruis suis. Carissimi sine dubio iste est buso quẽ vulneraui pro defẽsiõe istius serpẽtis a quo oĩa mala recepi. Si serpentẽ deuicat me inuadet et ideo si vitã meã diligitis illum incõtinẽti occidatis. Serui hoc audientes cũ gladiis et fustibus illũ occiderunt. Serpens vero q̃si applaudẽdo et regratiãdo hincinde circa pedes dñi se cõuertit et foras exiuit. Miles vero pfectã sanitatem recuperauit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Imperator iste pat celestis est. Miles est dñs noster iesus christus. Buso diabolus. Serpẽs homo. Et hoc propter duo serpẽs potest dici homo. Primo ppter peccati venenũ et propter antidotũ ac ymaginẽ xpi quam portat homo eni cõtra diabolum hz pugnare. qz dicit. Nõ est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster. Cũ vero totũ genus humanũ ppter peccatũ primi parentis erat suppeditatum xps pro nobis pugnauit et dyabolũ superauit. Et ipse grauiter vulneratus est nõ tñ in vno loco sed in multis vnde infirmatur licz non in se tamen in suis mẽbris. et ideo si homo gratus fuerit debz venenum ab eo extrahere. i. infirmitatem et indigentiam a suis expellere p opera mie. sicut scriptũ est math. xxv. Qd vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Si vero buso recedat vt tibi noceat viriliť cõtra eum pugnare debes et serui dei. i. bone virtutes quas i baptismo recepisti te iuuabũt et sic dyabolum superabis et vitam eternam habebis. Ad quam. &c.

¶ Q xpus peccatorem nõ statim per iusticiam precipitat sz misericorditer eũ penitentem expectat. Capitulum. C.

Diocletianus regnauit qui statuit pro lege quod si mulier aliqua sub viro suo esset adulterata occidi deberet. Accidit casus quod quidam miles quandam puellam in vxorem duxit et ex ea vnum filium genuit. creuit puer et ab omnibus est dilectus. Post hec pater eius ad quoddam bellum perrexit et viriliter pugnauit. in quo bello brachium dextrum amisit Interim eo abeunte vxor eius est adulterata. Reddijt maritus adulteratam inuenit. cum secundum legem maritus eam occidere deberet vocauit filium suum et ait. carissime mater tua adulterium commisit. Unde secundum legem per me mori deberet sed brachium amisi. ideo non potero eam occidere. Precipio ergo tibi vt eam occidas. ait filius. Lex precepit parentes honorare. Si ergo deberam propriam matrem occidere contra legem perpetrarem et matris maledictionem incurrerem nolo tibi in hoc obedire. Et sic mulier per suum proprium filium euasit mortem.

¶ Moralisatio.

de agro veniens considerans
eos ex incessu ꝓtin9 recogno-
uit et ingemiscēdo perturba-
ri cepit cogitans dignitatem
quam olim habuit ꝛ in corde
suo dixit. Dn̄e sicut istos qui
aliquando mecū fuerunt pre
ter spem nunc vidi da vt con-
iugem meā videre possim nā
de filiis scio ꝙ a feris comesti
sunt. Uenit enī ad eum vox di-
cens. Confide eustachi: qꝛ ci-
to honorē tuū recuperabis ꝛ
filios et uxorem recipies. Cū
igitur militibus obuiasset: ip-
si eū minime cognouerūt. Cū
ꝗ eū salutassent q̄sierūt si ali
quē peregrinū noīe placiduz
cum vxore ꝛ cū duobus filiis
cognosceret. Ille aūt se nesci-
re ꝓfessus est: ad p̄ces tn̄ eius
in hospitiū diuerterunt ꝛ pla
cidus eis seruiebat ꝛ recolēs
pristinū statū suū lachrymas
continere non poterat. Egres
sus autē foras faciē suam la
uit et iterum rediens eis ser-
uiebat. Illi vero ꝯsiderantes
adinuicē dixerunt. ꝙ similis
est hic homo illi quē querim9
Et respondens alter dixit.
Ualde similis est. Considere-
mus igitur si habet signū cica-
tricis in capite qđ sibi in bel-
lo accidit: ipse vere est. Et re-
spicientes ꝛ signū vidētes ipm
esse quē q̄rebāt ꝓtinus cogno
uerūt. ꝛ insilientes ꝛ osculātes
eū de vxore sua ꝛ filiis sciscita
ti sunt. q̄ dixit eis ꝙ filii mor-
tui essent ꝛ vxor detenta. Ui-
cini aūt oēs ad spectaculū cō
currebāt dū milites virtutē ꝛ
primā gloriā narrabāt. Tunc
preceptū imperatoris milites
ei exposuerūt: ꝛ optimis vesti
mentis ipm induerūt. Post iter
quindecim dierum ad imperatorez
venerūt: qui eius aduentum
audiēs eidē ꝓtinus occurrit
et in oscula pacifica ei9 ruit.
Narrauitq3 oībus per ordinez
cuncta q̄ sibi acciderāt. statim
ad magisteriū militie trahi-
tur ꝛ idem officium quod ha-
buerat prius exercere cōpel-
litur: qui numeratis militibus ꝛ

paucos contra hostes esse cognoscens iussit tyrones colligere per omnes ciuitates et vicos. Cōtingit autē et illā terrā describi in qua filij sui educati fuerant vt darēt duos tyrones. Uniuersi aūt eius loci in colle illos duos iuuenes tanq̄ pre ceteris aptiores magistro militum cōsignauerūt. Uidēs ergo illos duos iuuenes elegantes et morū honestate cōpositos cum sibi plurimū placuissent inter p̄mos in acie ordinauit. et sic p̄fectus ad bellū subiectis hostib⁹ exercitū suū tribus dieb⁹ in quodā loco vbi vxor sua hospitata manebat requiescere fecit vbi hospitati sunt filij. Ignorantes tñ oīno q̄ mater sua esset. Et sedendes circa meridiē et mutuo confabulātes exponebāt sibi inuicem de infantia sua. Mater vero illoꝝ duorū iuuenum ecōtra sedens q̄ ipsi referebant attentius audiebat.

Dixit maior minori. Ego dū infans essem nichil oīno recolo nisi q̄ dilectissimus pr̄ me⁹ magister militū erat et mr̄ mea valde speciosa. duosq̄ filios habuit. s. me et alium minorem me. qui etiam ipse alius frater meus valde speciosus erat. Accipientesq̄ nos. s. me et fratrem meū parentes nostri egressi sūt de domo paterna nocte: ingressiq̄ sunt ambo simul nauem: me et fratrē meum secum recipientes nescio tamen quo euntes. Cūq̄ autē de naui egrederemur: mater nostra quomō nescio i mari relicta est. Pater vero noster portans nos duos pergebat flens perueniensq̄ ad quēdam fluuiū transiuit cum fratre meo minore et me super ripam fluminis reliquit. Cū autē reuerteretur vt me acciperet lupus venit et illū infantē rapuit: et anteq̄ ad me appropinquaret leo de silua exiens me rapuit et i siluā duxit. Pastores vero me de ore leonis eripuerunt et nutritus sum in illa possessiōe in qua tu ipse scis et non potui scire quid factū sit de patre meo neq̄ d̄ fratre. Audiens hec minor frater cepit flere et dicere. Per deū vt audio frater tuus ego sū: qm̄ qui me educauerūt mihi dixerunt quō me eruerunt de faucib⁹ lupi. Et in amplexus ruētes osculabantur se inuicem et fleuerunt. Audiēs hoc mater eorum et considerans q̄ euentum suū ita seriatim dixisset diu apud se tractauit si filij sui essent. Altera autē die magistrū militū adijt et interpellauit dicēs. Deprecor te dn̄e vt me ad patriā tuā perduci iubeas. Ego sum de terra ro

manorū et hic peregrina sū. Hec dicēs vidit i eo signa mariti sui et eum cognoscēs cum iam se continere non posset ꝓcidit ad pedes eius. ⁊ ait Precor te domine vt michi exponas pristinam vitam tuam. Puto enim ꝙ tu scis placidꝰ magister militum qui alio nomine eustachius nuncupatur quem saluator conuertit qui talem et talem temptationē sustinuit. cui vxor que ego suꝫ in mari ablata fuit que tamē ab omni corruptione seruata sum que duos filios agapitū et theosbytū habuit. Audiēs hec eustachius et ipsam diligenter considerans vxorē suā esse recognouit: et lachrimas ꝑ gaudio fudit. Ipsā osculatꝰ est glorificans deū qui consolatur afflictos. Tunc dixit ei vxor sua. Dñe vbi sunt filij nostri Qui respōdit. a feris capti sunt. et exposuit ei quomodo eos perdidit. Et illa Gratias agamus dño. puto em̄ vt quēadmodū deus donauit nobis vt inueniremus nos inuicem. dabit etiam recognoscere nobis filios nostros. At ille. Dixi tibi ꝙ a feris deuorati sunt Cui illa. Hesterna die sedens in orto audiui duos iuuenes sic et sic suam infantiaꝫ exponentes credo ꝙ sint filij nostri interroga eos vt dicant tibi.

Conuocās autē eustachius eos et audiēs ab eis infantiā suā regnouit ꝙ filij sui erāt et amplectantes eos ipse ⁊ mater super eorū colla plurimuꝫ fleuerunt ⁊ crebrius eos osculabātur. Omnis autem exercitus plurimuꝫ gaudebat de inuentione eorum et de victoria barbarorū. Cū igitur redirent contigit iam traianū obisse et successisse ei peiorem in sceleribus noīe adrianū. qui pro victoria obtenta ⁊ inuentione vxoris et filiorū magnifice eos suscepit et magnū cōuiuiuꝫ preparauit. Altera autem die ad templū ydolorum processit vt vbi sacrificaret ꝓ victoria barbaroꝝ. Uidēs autem imperator ꝙ eustachius nec ꝓ victoria nec ꝓ inuētiōe suorū sacrificare vellet hortabatur vt sacrificiū imolaret. Cui eustachius. Ego xp̄m deum colo et illi soli seruio et sacrifico. Tūc imperator ira repletus ip̄m cū vxore ⁊ filijs in harena statuit et leonē ferocē ad eos dimitti fecit Accurrēs ꝓo leo et dimisso capite quasi eos adorās ab eis humiliter recessit. Tūc iperator bouem ereū incēdi fecit ⁊ eos ibidem viuos imitti mādauit Orātes igitur scti ⁊ se dño cōmēdātes bouem intrātes ibidē dño spiritum reddiderūt Tertia aūt

die sunt de boue corā impera tore extracti ꝛ ita penit⁹ inta cti inuēti sunt ꝙ nec capillos nec quicꝗ eoꝝ vapores incē dij aliquaten⁹ cōtigerit. Xpia ni vero eoꝝ corpora tulerūt ꝛ in loco celeberrimo recōdētes ibidē oratoriū construxerunt. Passi sunt aūt sub Adriano q̄ regnare cepit circa annos dñi c.xx.kl'.nouēbris. vel secūduꝫ quosdam.xij.kl'.octobris.

Expositio.

CArissimi Iste imperator est dñs noster iesus xp̄s. Placid⁹ potest dici q̄libet hō mūdanus in vanitatibus se culi occupatus qui pergit ad venandum ea que sunt mun dana cū militibus suis. id est quinqꝫ sensibus Tandē venit ad gregem ceruorū in quibus delectatur. Cerui isti qui sūt inuenti sunt visus auditus. ꝛ ō verba detractoria et vana et sic de alijs sensibus exteriori bus. Si attēdatis ꝙ ceruus pulchrior cucurrit et recessit a societate aliorū quem toto conamine insequebatur placi dus. Ceruus ille est ratio que est optima potētia aīe quam hō tenetur toto conamine in omnibus operibus sequi qui desiderat habere vitā beatā Ceruus ille ascendit ripam. Ripa est iusticia siue rectitu do quam ratio semꝑ diligit et infra cornua rōnis vidit ima ginem crucifixi. Cornua sunt lex antiqua et noua. In lege antiqua bene prophetizatuꝫ erat a multis de aduentu xp̄i et de eius morte. In lege no ua clare videre possum⁹ quo modo ꝛ qua morte pro nostra salute mortuus est. ideo cer uus ille bene dicit vt mundū despiciamus et ea que in mū do sunt vt sequamur vestigia christi sicut fecit placidus. Sed posses dicere. Libenter essem instructus quomodo ve stigia iesu christi sequi debeā Ecce exemplum in isto beato eustachio. Primo renūcia vxo ri et filijs. Vxor illa que ē spe ciosa valde est anima tua ad dei similitudinem creata que semper est parata christo obe dire si caro ei consentiat Duo filij paruuli sunt voluntas et opus qui sunt paruuli ꝙdiu homo manet deo contrarius Unde primo oportet per pe nitentiam in terram cadere. Deinde omnia temporalia a te repellere. si nō opere tamē volūtate. hoc est sic intelligē duꝫ ꝙ semper deum oīb⁹ ꝑpo nas. Post hoc placidus surre xit et cum vxore ꝛ filijs nocte nauē itrauit. Sic tu carissime surge ꝑ contritionē cum bona volūtate et bonis operib⁹. et

intra nauem sancte ecclesie. et deus in omnibus erit tibi propicius. Magister nauis est prelatus qui libenter nos retineret. Sed vxorem nostram .i. animam habet tenere in diuinis preceptis. et si contingat hominem vagari extra nauem ecclesie amittere potest duos filios .s. voluntatem bonam et bonum opus que prius habuit erga deum sicut placidus fecit. Placidus intrauit fluuium et infantes portauit et lupus vnum cepit et leo alium. Per fluuium mundum intelligere debemus per leonem dyabolum. per lupum propriam carnem. Dyabolus rapit a corde hominis bonam voluntatem. Caro bonum opus. Ratio dicit. Bonum est ieiunare et in bonis operibus vigilare. Caro dicit. Melius est bene comedere et suauiter dormire. Quid ergo est faciendum. Si illa duo ablata fuerint ab homine. s. bona voluntas: et opus meritorium. Certe pastores et aratores habent cum canibus viriliter sequi. Pastores isti sunt confessores discreti qui habent nos dirigere et a via perditionis deducere. Aratores sunt predicatores qui habent terram cordis nostri per sacram scripturam arare: spinas peccatorum euellere et virtutes inserere. vicia extirpare. et per consequens hominem in seruitio dei nutrire. ita quod sint duo in vna ciuitate. s. in vna dilectione et concordia et caro spiritui non contradicat. Tunc rex misit ad querendum placidum. Sic deus misit primo patriarchas ad hominem. secundo prophetas. Sed homo nolebat fateri eos cognoscere donec venit filius dei qui nos suo precioso sanguine redemit. Ideo iustum est vt hospicium domus nostre sit mundum per opera meritoria in quo non sit peccatum. Et sic apparebit vxor munda et speciosa scilicet anima cum duobus filiis id est cum voluntate propria deo semper seruiendo per opera misericordie. Et videas quod signum habeas per quod poteris cognosci sicut placidus habuit. Signum illud debet esse dilectio dei et proximi vt deum super omnia diligas et proximum tuum sicut teipsum. Et sic poteris fieri magister: scilicet omnium sensuum eos recte dirigendo. Et sic per martirium macerationis ad vitam eternam peruenire. Quod nobis etc.

¶ De custodia et circumspectione habenda ad gregem commissum.

Capitulum. cxi.

Quidam nobilis quādā vaccam candidam habuit quam multū dilexit propter duo. Primo quia candida erat. secundo quia in dando lac abundauit. Nobilis ille p̄ nimio amore ordinauit ꝙ vacca duo cornua aurea habere et intra se cogitauit cui posset vaccā ad custodiendū dimittere. Erat eni tunc temporis quidā homo noīe argus qui verax in omnibus erat et centum oculos habebat. Nobilis iste nuncium ad argum misit vt sine dilatiōe vlteriori ad eū veniret. Qui cū venisset ait ei. Uacca meā cū cornib⁹ aureis tue custodie cōmitto. ⁊ si bene custodieris te ad magnas diuitias ꝓmouebo. Si ꝯo cornua fuerit ablata morte morieris. Argus vero vaccam cū cornibus recepit ⁊ secum duxit singulis diebus cū ea ad pascua perrexit et diligēter custodiuit ⁊ de nocte eā ad domum reduxit. Erat quidam hō cupid⁹ noīe mercuri⁹ subtilis valde in arte musica ls qui miro modo vaccam habere cupiebat. sepe ad argū venit vt prece vel precio cornua ab eo obtieret. Argus tenens in manibus baculū pastoralem eū in terrā fixit. ⁊ ait baculo in persona dn̄i sui. Tu es dn̄s meus nocte ista ad castrum tuū veniā tu dicis mihi vbi est vacca cū cornibus. ego respōdeo. Ecce vacca sine cornibus. me eni dormiēte latro quidā cornua abstulit. Tu dicis. O miser nōne cētū oculos habes. quō erat ꝙ oēs dormirent et latro cornua abstulit. Hoc est mendaciū. ⁊ sic ero fili⁹ mortis. Si dicā vendidi filius mortis ero dn̄o meo. Deinde ait mercurio. Perge viam tuam quia nichil obtinebis. Mercurius recessit et altera die cum arte musicali ⁊ suo instrumento venit. Qui cū venisset incepit cum argo more histrionico fabulas dicere ⁊ plerūq; cātare quousq; duo oculi argi inceperūt dormire. Deinde ad cantū illius duo alij oculi dormitauerūt. et sic deinceps donec vniuersi somnū caperēt. Quō cernens mercuri⁹ caput argi āputauit ⁊ vaccā cū cornib⁹ aureis rapuit.

Moralisatio.

Carissimi. Ille nobilis est dn̄s noster iesus christus Uacca candida aīa ad dei similitudinē creata que dum manet ī puritate vite dat lac inuocationis et oīonis propter que dn̄o multū a deo diligit̄ ⁊ ideo dedit ei cornua aurea: qꝛ per vtrūq; saluati sūt plures homines post mortē xp̄i. Uacca illa cū cornibus traditur

argo.i.prelato. Un argus cuz centum oculis claris virum pro uidum et discretum ac vndique circumspectum significat qui semper habet vigilare iuxta gregem sibi commissum. Un Ezech.iij. dicitur prelato. Si non annunciaueris ei neque locutus fueris vt auertatur a via sua impia vt viuat: et ipse impius in iniquitate sua morietur sanguinem eius de manu tua requiram. Si autem annunciaueris impio et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et a via sua pessima ipse quidem in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuaz liberasti. Sz heu multi baculum pastoralez. i. potestatem suam ante oculos hominum ostendunt vt videantur et vt ab hominibus honorentur. Sed sepe contingit cum venerit aliqua temptatio dyabolica. s. audiendo cantus musicales. i. mulierum. Que cum sepe ab hominibus libenter audiuntur et in illis delectantur intantum quod a sue circumspectionis vigilantia cadunt. et dormiente ipsorum prudentia spiritualiter pereunt. et vaccam. i. aiam quam diligenter seruare debent per peccatum amittunt. Unde caput a talibus amputatur. i. beata vita quam deo promiserunt per opera meritoria seruare. Mercurius. i. diabolus aufert ab eis vitaz eternam ducendo vaccam. i. aiam ad infernum. A quo nos custodiat dominus noster iesus christus qui cum patre et spiritusancto sine fine viuit. etc.

De curatione anime per medicinam supercelestis medici qua quidam curantur et quidam non. Capitulum.cxiij

Gorgonius regnauit qui vxorem pulchram accepit que concepit et peperit filium. Puer creuit et ab omnibus est dilectus. Cum autem decem annos in etate habuit mortua est mater eius et tradita honorifice sepulture. Post hoc ex consilio multorum rex aliam vxorem duxit. que filium prime vxoris non dilexit: sed opprobria multa sibi intulit. Rex autez hoc percipiens volens placere vxori filium suum extra imperium ordinauit. Filius expulsus artem medicine studuit et intantum profecit quod factus est magnus et perfectus medicus. Audiens rex quod filius suus in studio profecit: gauisus est valde. Accidit infra tempus breue quod rex in grauem infirmitatem cecidit. litteras pro filio destinauit vt ad eum sine vlteriori dilatione veniret: et eum ab infirmitate liberaret. Filius vero vt voluntatem patris intellexit ad patrem venit et eum per

fecte curauit. Unde fama ei⁹ per totū regnū volauit. Post hec regina nouerca eius vsqꝫ ad mortem infirmabat ⁊ medici ex omni parte sunt adducti qui oēs eam ad mortē iudicabant. Hoc percipiens rex cōtristatus est valde rogauit filium vt eā curaret. At filius ait. Petitionē vestrā adimplere nolo. Cui pater. Extra regnum meū te expellaꝫ. Cui filius. Si sic agitis iniuste mecū facitis. Pater ac benignissime genitor bene constat vobis ꝙ me filium vestrū extra regnū expulistis propter ei⁹ suggestionem. vñ mea absentia dilectissime pat̄ fuit causa vestri doloris ac infirmitatis. et mea presentia est causa doloris et infirmitatis regine videlꝫ nouerce mee. ideo nolo eā curare sed potius volo ab ea recedere. Ait pat̄ filio suo Eundem morbū habꝫ regina nouerca tua queꝫ ego habui me patrem tuū ꝑfecte curasti sic etiam et nouercā tuam cura. Respōdit filius patri. Pater mi dilecte. licet sit eadem infirmitas nō tamē eadem cōplexio est tibi et sibi. Quicqd ergo tibi feci gratum et ratuꝫ habuisti: quādo palacium intraui et me vidisti curat⁹ fuisti. nouerca mea quando me videt grauatur. Si loquor intenditur dolor. si tangā eaꝫ extra seipsam rapitur. et ideo nihil magis expedit egris curandis nisi dare eis qđ volūt et quod desiderāt. et sic per tales allegationes filius euasit et nouerca defuncta est.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Rex iste pōt dici primus parens adā qui locū et imperium habebat. s. paradisum quē deus dñm totius mūdi cōstituit. ps. Oia subiecisti sub pedib⁹. ⁊c. Qui despōsauit pulchram vxorem. i. animā ad dei similitudinē creatam. ex qua genuit filiū. i. xp̄ꝫ sua progenie ꝑductū ꝗtū ad humanitatem. vxor. i. anima moritur spiritualiter per peccatū qđ cōmisit statim duxit aliā vxorē. s. iniquitatē ⁊ miseriam in quā cecidit. per quaꝫ paradiso priuabatur ⁊ in isto mūdo ponebatur vbi in sudore et labore vixit. Filius dei qui erat de sua ꝓgenie ſm carnem de imperio celesti ꝑpter nostrā infirmitatē et iniquitatē descēdit qui fact⁹ est noster medicus oēs infirmitates curat intātū ꝙ fama eius in celo et in terra ⁊ inferno volauit Sed pater noster adaꝫ grauiter infirmabatur per peccatū cōmissuꝫ tam in corpore ꝗꝫ in anima. In corpore ꝑdidit gloriā et honorē quādo de para=

diso est expulsus. In aīa q2 a deo separatus est ⁊ in infernū collocatus. Deus vero optime et perfecte illum sua benedicta passiōe curauit. sed nouercam scꝫ diabolum cui per peccatum cōiunctus erat nunq̄ volebat curare. Dic michi q̄re cum habuerunt eandē infirmitatē: quia ambo per peccatum ceciderunt. Ad hoc dico. Licet ambo peccauerunt tñ alio et alio modo. Dyabolus sine suggestione et ex propria malicia. Homo vero per dyabolū tēptatus et ex fragili materia plasmatus in peccatū cecidit et oleum mie petijt. Ido medicus dñs noster iesus xp̄s hoīem curauit: sed non nouercā .s. dyabolū. Nouerca illa est causa q̄re filius dei a multis hominib⁹ in aliā regionē mittitur et ab eis expellitur. Sed ecōuerso presentia diuina est causa mort(is) diaboli quia ambo se non cōpatiuntur.

¶ De spirituali pugna ⁊ remuneratione pro victoria Capitulū. cxiiij.

Adonias regnauit diues valde qui torneamenta ⁊ hastiludia multū dilexerat Unde quoddam torneamētū fecit proclamari vt quicunq; se in torneamento melius haberet mercedem cōdignā a rege obtineret. Hoc audientes nobiles et optimates ad torneamentum venerunt. rex ordinauit vt milites diuiderentur ita q̄ ex vna parte plures ordinauit in certo numero et tot ex alia pte. Illi vero qui primo ordinati fuerūt omnia scuta sua et arma in loco ad hoc deputato per ordinē posuerunt. Rex precepit vt quicunq; ex alia parte scutū alterius cū hasta tangeret: statim ille cuius scutum tactū esset ad torneamentum secū descēderet et vna puella ad hoc electa illum armaret. et sic cōtra aliū luderet et si alium in ludo superaret illa die corona regis coronat⁹ esset ⁊ in regali mensa collocaret. Miles quidam hoc percipiens: diligenter oia scuta respexerat. et vnū scutū vidit in quo erant tria poma aurea q̄ miro mō habere desiderabat: scutum illud tetigit. Alius autē cui⁹ erat scutū. statim a puella se armari fecit et descēdit et cōtra eū lusit in quo ludo caput eius qui scutū suū tetigit amputauit et mercedē cōdignā accepit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste impator est dñs nr̄ iesus xp̄s qui ꝯtra diabolū pugnauit. Primo in celo cōmissum est torneamentū. i.

bellū inter deū et dyabolum quādo michael ꝛ angeli eius preliabantur cū drachone et postea in terra in die parasceues. Sed reddeamus ad propositū. Deus habet tria scuta seu signa .s. potētiā q̄ ē scutum patris. sapientiā que est scutum filij. bonitatē que est scutū spūssancti. Jlla tria scuta deus posuit in vno loco determiato .s. in natura hūana qn̄ creauit hoiem ad imaginem et similitudinē suā. Primus homo dn̄abatur oībus bestijs. ecce potentiā que est scutū patris. Primus homo plenā habuit sciam de oībus rebus. Ecce sapientiā que est scutū filij. Primus homo creatus est in gratia et dilectiōe dei et proximi. ecce bonitatē que est scutuꝫ spiritussancti. Malignus vero spiritus i malo obstinatus volens pugnare cōtra deum accessit ad hominē in quo tria scuta trium personarū erant appensa. et vnum tetigit nō scutū patris dicēs. Si comederitis eritis potentes sicut dij. Non scutū spiritussancti dicens. Eritis boni veri amantes. Sed tetigit scutū filij in quo reperta sunt poma aurea scꝫ operatio trinitatis dicendo. Si comederitis ex isto fructu eritꝭ sicut dij sciētes bonum ꝛ malum. Tactum ergo est scutuꝫ filij dei. quare decuit vt deus pater mitteret filium qui malignū spm̄ p̄ nobis expugnaret. Jllum dei filiuꝫ armauit vna virgo electa .s. beata virgo maria de qua humanā naturā assumpsit cum qua nos ad vitam eternam perduxit.

De liberatiōe humani generis a fouea infernali Capitulū.cxiiij

ERat quidam rex in cuiꝰ imperio quidam paup̄ habitabat q̄ singulis diebus ad quādam siluam perrexit vt ligna colligeret ad vendendum per que posset victum ꝛ vestitum acquirere. Accidit quadam die q̄ ad siluā cum asino suo perrexit. a casu īfra densitatem nemoris cecidit. et subito in quandā foueam receptus est de qua nullo mō poterat exire. Jn qua fouea erat draco horribilis qui totam foueam interius cū sua cauda circūuoluit. Jn eadeꝫ fouea erant serpentes multi. in supiori parte fouee in profundo vel in medio erat quidam lapis rotūdus. ad queꝫ oēs serpentes singulis diebus semel in die ascendebāt et illum lambebant. Deinde draco simili modo lambebat lapidē. Pauper cū hoc vidisset ītra se cogitabat. Multis

diebus ista fouea sine alimē to steti nisi cibum habuero fame peribo. pgā igitur ad illuz et lambere volo sicut serpēs et dracho fecerūt. Perrexit itaqz ad lapidē. incepit lābere et inuenit in lapide omnē saporez quē cor ei⁹ desiderabat. et sic est refocillat⁹ ac si oia cibaria mūdi comedisset siue bibisset. Infra paucos dies factuz est tonitruū magnum et horribile ita q omēs serpētes vnus post aliū exiuit. Cū vero nullus serpens remaneret in puteo draco incepit extra foueā volare. Pauper vero hoc videns caudam draconis tenuit. Draco eū de fouea leuauit et ad magnam distantiā extra foueaz piecit. Ille vero p aliquos dies ibidem stetit penitus ignorans viam extra nemus. Accidit enim q quidam mercatores venerunt et eum extra nemus ad viam rectam duxerūt. Ille vero gauisus est valde. Ad ciuitatē rediit et oib⁹ denūciauit quō ei acciderat. et statim post hoc vitam finiuit.

Moralisatio.

Carissimi. Iste rex est pater celestis. pauper ille potest dici quilibet homo qui nudus est egressus de vtero matris sue qui intrat nemus / scz mundum istum. Unde sepe cadit in foueam profundā quando cadit in peccatū mortale vbi iacet in magno periculo. quia sub potestate drachonis / id ē dyaboli. Serpentes qui sunt cū eo in fouea sunt alia peccata venialia per q̄ hō intoxicat velut per serpentē. Lapis rotundus in medio est xpus. Unde psalmista. Lapidem quez reprobauerūt edificantes. rc. In eo inuenitur omnis sapor et dulcedo. Ad illum debem⁹ tempore tribulationis recurrere et cum deuota oratione lambere. Tonitruum magnū est confessio pura facta cū cōtritione coram sacerdote. De quo tonitruo: scz confessione omnes serpentes id est peccata et demones quos ad nos per peccata vocamus terrentur et de pelluntur. et draco. i. dyabolus expellitur. Mercatores / id est predicatores et cōfessores qui quotidie lucrantur animas quas dyabolus conatur auferre. Iste tunc deducitur in viam rectā ciuitatis sancte hierusalē. Ad quā nos perducat domin⁹ noster iesus christus.

De morte xpi p nr̄a recōciliatione. Capi. cxv.

Erat quidam imperator qui quandam forestam habebat. i qua fuerat quidā elephas cui penitus null⁹ appropinquare audebat. Audi-

ens pro hoc rex a philosophis suis et sapientib9 naturā elephantis quesiuit. Illi vero responderūt ꝛ dixerūt ꝙ elephas mundas virgines multū diligeret. Rex hoc audiens: statim fecit inquiri duas puellas honestas ꝛ pulchras ac dulciter cantantes quas in regno suo habebat. Inuente sunt igitur due virgines satis pulchre et honeste quas rex fecit denudari et forestam sic nude intrare. vna earū peluim accepit. altera gladiū et intrabant: in introitu inceperūt dulciter cātare. Hoc audiēs elephas venit ad eas cepit mamillas earum lambere. virgines continue cantabant quousq3 elephas in gremio vnius ꝟginis requieuit. Alia virgo videns elephantē in gremio alterius virginis dormire cum gladio eū occidit. et virgo in cui9 gremio dormiuit peluim de sanguine elephātis repleuit. ꝛ sic ad regem perrexerunt. Rex vero gauisus est valde. statim fecit fieri purpurā ꝛ multa alia de eodem sanguine.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste īperator est pater celestis. elephas dominus noster iesus xp̄s qui ante incarnationē erat satis austerus. Due virgines fuerūt maria et eua q̄ ambe erant nude ab omni peccato. Maria sanctificata in vtero. Eua collocata in paradiso. Eua gladiū portauit. id est peccatū quod cōmisit contra dei precepta: propter quod christus verus elephas mortuus est. Maria peluim. i. vterum virgineū in quo conceptus erat christus et eius humanitas formata. Elephas vbera lambebat / id est legem antiquam ꝛ nouam. que sunt duo vbera ꝑ que lac salutis sugere poterim9 Christus vtranq3 lambebat / id est vtranq3 legem impleuit cum sanguinem suum effudit. De cuius sanguine anime nostre facte sunt purpurate omni honore ꝛ gaudio plene. vt sic siuo lum9 vitā eternā possideam9.

¶ De dilectione dei quō omnes nos equaliter diligit vsq3 dum ipsū per peccata nostra despicimus.

Capitulum. cxvi.

Pipinus regnauit q̄ quādam pulchram puellā desponsauit. que concepit et peperit elegantem filiū. sed in partu mortua est. Duxit aliam et ex illa etiam filium genuit. Utrunq3 filium ad nutriendum in longinquas partes misit. Isti duo per omnia sibi inuicem erant similes. Cum vero per longa tempora moram traheret. mater secundi

filiū suum filium videre cupiebat. preces regi fundebat vt filium suum videre posset Rex ei concessit et nuncium p duobus filijs destinauit. Cum autem filij venissent ita per omnia similes erant. licet tamen secundus esset minoris quantitatis et etatis qr forte vni9 anni. nichilominus tamen tātus erat secūdus quātus primus sicut multotiens contingit. et forte vterq patrisabat in facie et in vnanimitate mētis et corporis ita q regina qs eius filius esset ignorabat. A rege diligēter petiuit quis eorum esset filius eius: Sed rex ei indicare noluit Ipa hoc audiens fleuit amare. Rex cum hoc audisset et vidisset ait ei. Noli flere: iste est filius tuus et demōstrauit sibi filiū quē de prima vxore genuerat. Regina hoc audiens gauisa est valde. Statim totam curam dedit filio isti ad nutriendum et de alio nichil curabat qui erat eius pprius filius. Rex cū hoc vidisset dixit ei. Quid facitis decepi vos. Ille nō est filius vester sed vnus istorum est. At illa. Quare sic mecum agis. Indica mihi rogo te. Et ille. Nolo. et hec est causa. Si veritatem tibi dixissem vnum scz filium tuū velles diligere et alterum odio habere. Et ideo volo q ambos equaliter diligas et nutrias. Et cū ad etatem legitimam venerint: tunc tibi veritatem pandam de qua gaudebit cor tuū. Hoc audiens regina ambos pprime nutriuit donec ad etatem legitimam peruenerunt. Cū aūt quis esset filius eius per regē fuerat experta vltra modum fuit gauisa. Et sic in pace vitam finierunt.

Moralisatio.

¶ Carissimi Rex iste est dominus noster iesus christus. duo filij sunt electi et reprobi. mater est sancta ecclesia que est mater vltimi filij. Mater primi filij mortua est scz lex antiqua per christi incarnationē Deus non vult q sancta mater ecclesia sciat quis sit electus vel reprobus: sed vt ambos i caritate perfecta nutriat. quia si sciret vnum diligeret et alterum odiret. Et sic nō esset pax et cōcordia. Sed in die iudicij cum ad legitimā etatē puenerint. tunc apparebit veritas q sint electi vel reprobi. tūc electis dicetur illd. Math. xxv. c. Venite bndicti patris mei. etc. Reprobis aūt Ite maledicti. etc.

¶ De obstinatis ac cōuerti non volentibus et eorū plaga per diffinitiuā sententiā. Capitulū. cxvij

FRidericus regnauit qui statuit pro lege quod quicunque aliquam virginem vi raperet: si aliquis eam de manu raptoris liberare posset eam in vxorem duceret si virgini placeret. Accidit casus quod quidam tyrannus malus quandam virginem rapuit. et ad quandam forestam eam duxit et deflorauit. Illa vero voce magna clamauit. Miles quidam nobilis genere et opere casu per eandem forestam equitauit et vocem puelle audiuit: percussit equum et ad eam peruenit: et causam clamoris ab ea quesiuit. Cui illa. O domine mi propter deum michi succurrite. ille tyrannus me vi rapuit et deflorauit. et post hoc me occidere proposuit. Ait raptor. Domine vxor mea est et eam in adulterio inueni. ideo eam occidere proposui. At illa. Domine non est ita. nunquam vxor alicuius eram. nec vnquam polluta nisi hodie per ipsum deflorata sum. ideo mihi succurrite adhuc signa virginitatis in me manent. Ait miles tyranno: Signa manifeste virginitatis in ea video et quod vi eam rapuisti ac deflorasti. ideo eam de manibus tuis liberabo.

Respondit tyrannus. Si volueris eam liberare pro ea pugnabo contra te. Statim ambo adinuicem pugnabant et duros ictus dederunt et miles victoriam obtinuit: tamen grauiter vulneratus erat. Obtenta victoria ait miles puelle. Nunquid tibi placet vt te in vxorem accipiam. Que ait. hoc summe et toto corde desidero et super hoc fidem meam tibi do. Fide data ait miles puelle. In castro meo per aliquot dies manebis. interim pergam ad parentes meos et necessaria pro nuptijs prouidebo et tunc ad te redibo et cum magna solennitate te desponsabo. Que ait. Domine presto sum voluntati vestre per omnia obedire. Miles ei valedixit: et illa ad castrum perrexit. Dum autem miles extra suam patriam esset vt necessaria pro nuptijs ordinasset: tyrannus ad castrum militis accessit in quo erat puella et pulsabat. Illa vero introitum ei negauit. Tyrannus incepit multa promittere et eam in vxorem honorifice ducere. Illa vero dictis eius credens eum intromisit et ambo simul illa nocte dormierunt. Miles autem post mensem rediit et ad portam castri pulsauit. puella ei non respondit. Ille hoc audiens et percipiens cum amaritudine cordis dixit. O bona puella ad memoriam reduc quomodo te saluaui a morte: et super hoc

michi fidem tuā dedisti. Loquere bona puella et ostende michi faciē tuā. Illa hoc audiens quandā fenestram aperuit et ait. Ecce assum. quod placet ppone. Qui ait. Miror de te q ignoras qd et quāta feci p te. vulnera diuersa recepi pro amore tuo et si michi non credis corpus meū tibi ostendā. His dict vestimēta sua deposuit et ait. Ecce carissima vulnera diuersa que recepi p vita tua. Idcirco noli mihi esse ingrata. Aperi ergo michi portā vt te in sponsam dilectā accipiā. Illa vero faciem suam auertebat ab eo et portā noluit aperire. Miles iudici est conquestus et p se legem allegauit adijciens quō eam liberasset et ista vulnera p amore eius sustinuiss et ergo eā in vxorē peteret. Iudex hoc audiēs p raptore misit. qui cum venisset ait iudex raptori. Nunqd illā mulierē rapuisti: et ille miles per fortitudinē de manibus tuis liberauit. At ille. Etiā domine Cui iudex. Ergo scdm legem pro sua volūtate vxor eius est qui eā de tua potestate liberauit. Quare post hoc de vxore alterius te itromisisti. Primo qm castrū eius intrasti ipo ignorāte. Scdo lectū alteri violasti. Tertio per tātū spacīū vxorē eius occupasti. qd ad hoc rndes. Ille obmutuit Conuersus iudex ad mulierē dixit. O puella iure duplici vxor illius militis es. Primo qz te de manu raptor liberauit. Scdo qz sibi fidē dedisti. Quare ergo post hoc portam sui castri alteri q̄ viro tuo pprio aperuisti et illū intromisisti. Illa ad hoc nō poterat respondere. Iudex statim iudiciū dedit vt ambo in patibulo suspenderētur qd et factum est. Oēs ergo iudicem laudabant q talē sententiā dedit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste impator est deus qui statim legem dedit. Mulier rapta est aīa capta. Raptor est diabolus q nō tm per pctm ipsam deflorat: sed etiam eternaliter vult occidere. sed ipsa clamauit qn perīnit oleū mīe. dicens illud Luce. xv. Miserē mei fili dauid. quia filia/id est ↄsciētia mea male a demonio vexat. Cui9 clamorē miles quidā audiuit s. filius dei equitās sup equū hūanitatis. Filius dei descēdit in forestam istius mūdi et bellū contra dyabolū p genere hūano cōmisit. In quo bello vulnera diuersa recepit. De quib9 vulneribus vterq erat vulnerat9. scz xp̄s in carne. dyabolus in potestate. vñ

Isa. dicitur. Mors impellit fossatē ⁊ ambo pariter corruerunt. Xp̄us sp̄osalia ꝯstituit p baptismū in quo aīa dat fidē quādo dyabolo renunciat et omnibus pōpis eius. Et deo adherere pmittit. per alias virtutes quas recepit facit castrū contra dyabolū mūdū et carnē. Interim deus celos ascendit ad pparandū nuptias p nobis vt in gloria eterna cū ipso cōiungeremur. Sm illud Joh. Uado pare vobis locū. Sed qn̄ aīa est in castro corporis: tūc raptor. i. dyabolus puellā. i. aīa₃ aggreditur qn̄ eam p mundi vanitatē seducit. ⁊ ad eā ingreditur quādo in peccatū ceciderit. et in eo permanet. et sic xp̄s expellitur. Sed xp̄s reuertēs quotidie ad ostiū cordis tui pulsat. Et dicit illud Caū. Ego sto ad ostium ⁊ pulso ⁊c. Sed anima in peccatis obstinata eū non cognoscit. iō xp̄us sibi ostēdit vulnera q̄ p nobis suscepit vt ad eū īclines cor tuū et fenestrā cordis tui saltem aperias. Sed miser hō quoniā dn̄m non timet vt eius cor aperiat contra talē iudex celestis in die iudicij dabit sententiā vt ambo suspendantur in patibulo infernali.

De fallacia ⁊ dolo. Capitulum. cxviij.

Miles quidā intrauit egyptum cogitās ibi pecuniā suam relinquere. interrogauit si aliqs fidelis ibi maneret cui pecuniā suam ad custodiendū traderet. ⁊ audiuit q̄ erat quidā senex ad eū accessit vt mille talenta ei traderet. Deinde ad peregrinādum perrexit. Peracto itinere ad eū rediijt cui talenta cōmiserat et cōmissa ab eo quesiuit. At ille plenus nequicia nunq̄ se eum vidisse asserit. Miles vero sic deceptus contristat⁹ est valde singulis diebus ab eo petijt et eū blādis sermonibus deprecans vt sibi redderet. Deceptor increpabat ne talia de eo āplius diceret. vel etiā ad eum rediret. Ille tristis ab eo recessit hn̄s obuiā quandā vetulā pānis heremitalib⁹ indutā. hn̄s q̄ in manu baculū. et per viā leuauit lapides ne transeuntes pedes lederēt. Que vidēs eū flentem ⁊ cognoscens q̄ extraneus esset cōmota pietate eū vocauit. et quicq̄d ei accidisset interrogauit. At ille ordinate narrauit quō per illū senem esset deceptus. At illa. Amice si vera sunt que michi dicis dabo tibi sanū consiliū. At ille. Testis est michi deus vera vtiq̄ sunt. Que ait. Adduc michi hoīem de terra

tua cuius dict℞ ꝛ factis fides adhiberi possit. Ille vero adduxit fidelē hoīez. Cui adducto ꝓcepit vetula decē cophinos emere. exteriꝰ ꝓciosis depictos coloribus ferroꝗ ligatos cū seraturis deargentat℞ et lapidibus īpleri iussit. Miles vero fecit sicut mulier iussit. Mulier videns oīa parata ait. Nunc decē hoīes ꝑq̄rere q̄ mecū ꝛ cū socio tuo ad d omū deceptoris vadant. et cophinos deferāt. Unus post aliū venientes ordine longo. ꝛ q̄cito primus intrauit ꝛ nobiscū quiescit. veni audacter et pete pecuniā. Ego vero in deo cōfido q̄ pecunia tibi reddetur. Que vetula cū socio decepto ad domū deceptor℞ venit et ait. Dñe iste extraneus homo hospitatus est mecū. ꝛ vult adire patriā suam ꝛ querit prius pecuniā suā que est in decē cophinis alicui homini pbo et fideli ꝯmēdare donec reuertatur. precor ergo te vt amore dei et mei in domo tua custodias. Et q͛ audiui ꝛ scio te probū ꝛ fidelē nolo per aliquē nisi ꝑ te solū pecuniaz custodiri. Cū sic loq̄retur. Ecce intrauit primus seruus deferens cophinū vnū. Quod videns deceptor credidit verū esse qđ vetula dixit. Post hoc intrauit miles vt vetula ꝓcepit. Que vidēs deceptor timēs si pecuniā peteret ꝛ alius sibi non crederet ad custodiendū suas pecunias contra eū venit adulādo dicēs. Amice vbi fuisti veni ꝛ accipe pecuniam tuā fidei mee iam diu ꝯmēdatā. Miles vero letus pecuniā recepit grās agēs deo ꝛ vetule. Uetula vero hoc vidēs surrexit ꝛ ait. Dñe ego et hō iste ibimus circa ceteros cophinos et reuerti festinabimus. tu vero expecta donec redeamus. et bene conserua quod iam adduximꝰ. Et sic miles per vetulam pecuniam suam recuperauit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste miles est q̄libet christianꝰ qui in isto mūdo q̄diu viuit peregrinatur: quia facit omni die dietaz ad mortē. Qui decem talenta. i. decē precepta dñi inordiate per peccatum tradidit cuidā seni Senex iste est mūdus plenus deceptionibus. Unde si in rebus mundanis delectamur et mundo ꝯfidimus ꝓcepta diuina amittimus et vix cum difficultate acquirere celū poterimus donec ꝑ verā cōtritionē ꝯfessionē ꝛ satisfactionē acquiramus. Uetula ista habitu pegrini induta est ꝯsciencia sana q̄ cōtinue amouet lapides .i. operationes malas

devia cordis tui. ne pedes bonarum cogitationum offendantur. Dic michi quomodo debes recuperare quod per peccatũ pdidisti Certe oportet te adducere de patria tua. i. de corde tuo decẽ hoies. i. decem opa penitentie. ita q̄ p quolibet precepto q̄d p pctm̃ violasti vnũ actũ mie seu penitẽtie oportet te adimplere. q2 scd̃z beatũ Aug. Nullũ bonũ irremuneratũ ⁊ nullũ malũ ipunitũ. Itẽ oportet q̄ hẽat cophinũ bene ligatũ. i. cõtritũ cor ⁊ virtutib9 bene insignitũ parvis lapillis plenũ. Lapides isti in corde est meditatio / scz vulnerũ xp̄i. et memoria passionis eius q̄ cõtinue oportet hr̃e cõtra dyabolũ mundũ et carnez. In cui9 figura dicit̃. j. Regũ q̄ david cũ baculo pastorali et cũ funda ⁊ quinq3 lapidib9 goliaz occidit. David interpretatur manu fortis et signat christũ. Funda signat amorẽ trahẽtem eũ de celo in mundũ: a mũdo in crucẽ. Quinq3 lapides sunt q̄nq3 vulnera. Golias est dyabolus. ⁊ sic per quiq3 lapides. i. vulnera tandẽ occidit̃. Si ergo istos lapides cõtinuo i cophino cordis tui habueris v̄tutes p pctm̃ perditas rehabere poteris. ⁊ sic pgere cũ gaudio ad patriã tuam / id est vitam eternam.

Q̄ oim̄ viuẽtiũ in mũdo de bñficijs acceptis est ingratissim9 hõ. Capi. cxix.

Quidam rex senescallum habuit super imperiũ suũ cuius cor ita eleuatum et exaltatũ est: q̄ q̄m oppeimebat quia ad nutũ eius oia fiebant. Iuxta palaciũ imperatoris erat quedã foresta aialibus silvestribus plena. atq3 ordinauit q̄ fierent diverse fovee quas folijs cooperiebant vt bestie subito in eas caderent et sic caperent̃. Accidit q̄ senescallus trãsiret per forestã et eleuatum est cor eius intãtũ q̄ opinabatur q̄ null9 maior eo esset in imperio. Qui vlterius equitãs cecidit in vnã foveaz quã exire non poterat. Eadem die in eandem foveã leo cecidit. postea symea. et tertio serpens. Senescallus videns se circũuolutũ istis bestijs timuit ⁊ clamavit. Cui9 clamorẽ audiẽs quidam pauper nomine Guido: qui cum asino ducebat ligna d̃ foresta de quibus victũ q̄siuit venit ad foveam cui promisit multas divitias vt eum extraheret. Guido ait. Carissime nichil habeo vnde vivere possiz nisi colligo ligna si laborẽ istius diei dimitterẽ damnũ incurrerem. Cui ei promittens bona fide q̄ ei de divitijs pvide

ret si eum extraheret. Guido hoc audiens ad ciuitatē iuit et longā cordā secū portauit quā in foueā misit. vt senescallus se succingeret. et sic eū sursū traheret. Qua dimissa saltauit leo ante super cordā et extractus est. Quo facto applausū ei fecit et ad siluā cucurrit. Deinde iterū cordam misit in foueā et ecce symea super eā saltauit quā guido sursū traxit et ad siluā cucurrit. postea cordā descēdere permisit et serpēs sup eā saltauit quē etiā extraxit: applausū ei fecit et ad siluā cucurrit. Deinde miles clamauit. O carissime bñdictus altissimus iam de bestijs sum liberatus cordam permitte descēdere qđ et factū est. Miles se succinxit et guido eum extraxit. deinde equū extraxerunt statim senescallus equū ascēdit et ad palaciū regis venit. guido vero domi venit. vxor videns eum vacuū cōtristata est valde. Ille suo pcessū ei narrauit et q mercedem cōdignam acciperet de quo vxor gauisa ē. Mane vero guido ibat ad castrū mittēs ianitorem ad senescallum q ipse ibi esset q̄ prima et secunda vice negauit q eum vnq̄ viderit: imo nisi recederet ipm crudeliter verberaret qđ et fecit. qui dū tertia vice reuers⁹ esset ita crudeliter portarius eū verberauit q ipsū semiuiuū reliqt. Quod audiēs vxor guidonis venit et ipm cū asino ad domū duxit: et diu infirmatus est. et oia bona sua i infirmitate ɔsumpsit que habuit. Dū aūt sanus fact⁹ eēt et vna dierū ligna colligeret vidit a longe decē asinos oneratos cū fardellis et leonem a patre posteriori sequētē recto tramite versus guidonē eos duxit. Guido intime respexit leonem et statim memoriā habuit q ille leo esset quē de fouea extraxit. Leo cū ad eum venisset cū pede ei signū fecit vt cū asinis oneratis ad domū accederet; qđ et fecit. Guido asinos secū domi duxit et leo seq̄bat quousq guido ad domum puenit. Cū aūt asini domū intrarēt leo cū cauda applausū fecit guidoni et ad siluam cucurrit. Guido p diuersas ecclesias pclamare fecit si aliquis asinos amisisset: et nō est inuētus vnus q̄ cōfiterētur se aliquē perdidisse. Ipse aperiens fardellos diuitias multas inuenit de quib⁹ non modicū gaudēs diues effect⁹ est Cū scđa die guido ad forestam venit et instrumentū ferreū vt ligna scideret nō haberet: respexit supius et vidit symeā quam de fouea extraxit

que cũ dentibus ꝛ vnguibus tantũ frãgebat ꝙ guido sine labore asinũ suũ onerauit: et domũ est reuersus. Tertia vero die guido ad forestã reuertit ꝛ cũ sederet ad ꝑparandũ instrumẽtũ vidit serpẽtẽ quẽ de fouea extraxit portantem lapidẽ in ore suo coloratũ triplici colore. Ex vna pte erat albus. ex alia niger. ex tertia rubicũdus. Os suũ apuit ꝛ in gremio eius pmisit cadere et abscessit. Guido cũ lapide ad vnũ peritũ accessit. q̃ cũ eum vidisset ꝛ virtutẽ ipsi⁹ cognouisset libenter centũ florenos pro lapide dedisset. Guido vero virtute lapidis multa bona acq̃siuit ꝛ in militiã est ꝓmot⁹. qḋ intelligens impator eũ ad se venire precepit ꝛ lapidẽ habere voluit pro pecuniis aut eũ extra regnũ mittere. Ait guido. Dñe lapidẽ vẽdam: sed vnũ dico. Si non valorem michi dederitis ad me redibit. Qui dedit sibi trecẽtos florenos: et tunc guido in archa sua inuenit quẽ impatori redĳt. Qui admirans dixit. Dic michi vnde lapidem habuisti. Ille vero a ꝑcipio vsq̧ ad finẽ narrauit quomõ senescall⁹ in foueã cecidit cũ leone symea et serpente: et ꝙ pro mercede vulneratus fuit a senescallo: ꝛ q̃cquid a leone symea et serpẽte recepit. hoc audiẽs impator cõmota sunt oia viscera eius ↄtra senescallum ꝛ ait ei. Quid est hoc qḋ audio de te. Ille negare non poterat. Cui impator. O pessime magnã ingratitudinẽ fecisti guidoni ex quo de periculo mortꝭ te liberauit et hic eũ semiuiuũ reliq̃sti. O miser ecce bestie irratiõales. sicut leo symea et serpens mercedẽ ei reddiderunt pro bono. tu vero hodie contra bonũ maluꝫ reddidisti. et ideo omnia que habes et dignitatẽ tuam guidoni dabis: et te hodie in patibulo suspendendum iudico Quod audientes satrape imperĳ eis placuit iudicium. et guido imperium regebat: et vitam in pace finiuit.

Moralisatio.

Carissimi. Iste impator est deus qui omia videt Pauper iste est homo qui nichil ex se habet. Job. i. c. Nudus egressus sũ ex vtero matris mee nud⁹ reuertar illuc. Deus pauperẽ istum promouit quando eũ dñm paradisi cõstituit. ps. Omia subiecisti sub pedibus ei⁹ ꝛc. Fouea in quã cecidit mũdus est qui est plenus foueis. s. periculis: qꝛ totus mũdus in maligno positus est. In isto mũdo cecidit

miser homo ī multas foueas Gen̄.iij. In sudore vultus tui ꝛc̄. Leo in eādem foueam cecidit.s. filius dei quando natiuitam humanā assumpsit ꝛ in miseria magna. xxxiij. annis vixit. ps. Cū ipso sum ī tribulatione. ꝛc̄. Iste est leo de quo dicitur Apoca.v. Uicit leo de tribu iuda ꝛc̄. Deinde symea .s. tua ꝯscientia cecidit q̄ ad modū symee lacerat ea que sibi displicēt: quia semper cōtra peccatū murmurat. Item serpens cecidit in foueam/scʒ prelatus vel confessor qui cū peccatore debet descēdere.i. cōdolere de eius peccatis.ij. ad Corin.xi. Quis infirmatur et ego non infirmor. Item sicut guido cum corda extraxit senescallum: sic filius dei cuʒ corda passionis sue nos extraxit de fouea miserie ꝛ de potestate dyaboli. Sed miser homo hoc non obstante ingrat⁹ efficitur deo quotiens contra legem dei peccat. Guido erat verberatus sic homo quādo mortaliter peccat q̄ntuʒ in eo est: deuʒ iterato crucifigit Sʒ leo deus dedit christo in ꝑtū homini decem asinos oneratos/ id est omia precepta sub eius potestate antiqua et noua dispensando cum homine Et si illa ꝑcepta fecerim⁹ ad eternas diuitias perueniem⁹ Guido ligna scindebat/id est conscientia tua stimulat ꝑpetrare per que corpus et aiam in die iudicij operiri poteris propter que requiem eternaʒ obtinebis: quia si contra conscientiaʒ agas ad gehennem ignis deduceris. Serpens dedit ei lapidem triplici colore coloratum. Sic prelatus ꝛ cōfessor per informationē sacre scripture poterit lapidem.i. xp̄m obtinere. Ille lapis erat pulcher et albus. Sic christ⁹ speciosus forma pre filijs hominum. Item niger erat per xp̄i passionem Rubicundus ꝑ sanguinis effusionem. Qui ergo istum lapidē portat ille habet abūdantiam sine defectu. nec illū lapidem debet vendere a seipso nisi det tātum preciū q̄ntum xp̄s exigit.s.ꝑ cōtritionem cōfessionē ꝛ satisfactionem. Sed ingrati in patibulo infernali erūt suspensi. Electi vero vitam eternam obtinebunt. Quod nobis cōcedat qui sine fine. ꝛc̄.

¶ De subtili mulierū deceptiōe ꝛ deceptorū excecatione. Capitulum. cxx.

Darius regnauit prudēs valde q̄ tres filios habuit quos multū dilexit. Cuʒ vero mori deberet totā hēditatē primo genito legauit Scd̄o filio dedit oīa q̄ in tempore

suo acquisiuit. Tertio filio iu
niori tria iocalia preciosa de=
dit scz anulū aureū/monile/ꝛ
pannum preciosum. Anulus
illam virtutē habuit ꝙ qui ip
sum in digito gestabat gratiā
omniū habuit intātū ꝙ quic=
quid ab eis peteret obtineret
Monile illam virtutē habuit
ꝙ qui eū in pectore portabat
quicquid cor suum desidera=
bat quod possibile esset obti=
neret. Pannus istam virtutē
habuit ꝙ quicūq; super eum
sederet et itra se cogitaret vbi
cunq; esse vellet subito ibi es=
set. Ista tria iocalia dedit fi
lio suo minori vt ad studiū p=
geret et mater ea custodiret ꝛ
tpe oportuno ei daret. Stati=
q; rex spiritum emisit qui ho=
norifice est sepultus. Duo pri
mi filij ei⁹ legata occupabāt.
Tertius filius anulum a ma
tre recepit vt ad studiū perge
ret. Cui mater dixit. Fili sciē=
tiam acquire et caueas a mu
liere ne forte anulum perdas
Jonathas anulum accepit ꝛ
ad studium accessit et in scien
tia pfecit. Post hoc cito qua=
dam die in platea ei quedam
puella occurrebat sat' formo
sa: captus ei⁹ amore eā secuz
duxit et cōtinuo anulo vteba
tur gratiā omniū habuit ꝛ qc
quid voluit ab eis habere ob
tinuit. Puella eius cōcubina
mirabatur ꝙ tam laute viue
ret cū tamen pecuniā non ha
beret. Rōnem quādā vice cū
letus esset quesiuit dicens ꝙ
creatura sub celo nō esset quā
magis diligeret: ideo sibi di=
cere deberet. Ille de malicia
non pmeditans sibi dixit vir=
tutem anuli esse talē. ꝛc. At
illa. cū singulis diebus cū ho
minibus cōuersari soles per=
dere posses. Ideo custodiā ti=
bi eum fideliter. qui tradidit
ei anulū quē cū rehabere non
posset fleuit amare: quia vn̄
viueret nō habuit. Qui statiz
ad reginā matrē suā est reuer=
sus denuncians ei anulū pdi=
tum. At illa. Fili mi tibi pre=
dixi vt a muliere tibi caueas
Ecce iā trado tibi monile qd
diligentius custodias: si per=
dideris honore et cōmodo p=
petuo carebis. Jonathas mo
nile recepit et ad idē studium
est reuersus. et ecce cōcubina
eius in porta ciuitatis occur=
rit et cū gaudio eū recepit. Il
le vt prius eam secū habuit.
Monili in pectore vtebatur ꝛ
quicqd cogitabat habebat.
Et sicut prius cōuiuia multa
habuit et laute vixit. cōcubi=
na mirabatur: quia nec aurū
nec argentum videbat. Cogi
tabat ꝙ aliud iocale appor=
tatuz esset quod sagaciter ab
eo indagauit q̄ ei monile ostē=

dit et virtutē eius dixit. Que
ait. semꝑ monile tecū portas:
vna hora tantū cogitare pos-
ses ꝙ per annū sufficeret tibi:
ideo trade michi ad custodien
dum. At ille. Timeo ꝙ sicut
anulū perdidisti sic perderes
monile: ⁊ sic damnū maximū
incurrerē. Que ait. O dñe iaꝫ
per anulū custodiēdi scientiā
acquisiui valde tibi fideliter
promitto ꝙ sic custodiā moni
le ꝙ null⁹ posset auferre a me
Ille credens dictis eius mo-
nile ei tradidit. Postꝗ̄ omnia
cōsumpta fuissent monile pe-
tijt illa sicut prius surauit ꝙ
furtiue ablatum esset. Quod
audiēs ionathas fleuit ama
re et ait. Nonne sensum perdi
di ꝙ post anulū perditū moni
le tibi tradidi. perrexit ad ma
trem et totū ꝓcessum ei nūci-
auit. Illa non modicū dolēs
dixit. O fili carissime q̄re speꝫ
posuisti in muliere iam altera
vice deceptus es per eaꝫ ⁊ ab
omnibus vt stultus reputarı̄.
Amodo sapientiam addiscas
quia nihil habeo tibi nisi pā
num ꝓciosum quē pater tuus
tibi dedit et si illum ꝑdideris
ad me amplius redire non va
leas. Ille pannum recepit et
ad studiū perrexit: et cōcubi-
na eius vt ꝓus eum gaudent
recepit. Qui expandēs pānū
dixit. Carissima istū pannum
dedit michi pater meus ⁊ am
bo posuerūt se sup pannū. Io
nathas intra se cogitabat vti
nam essemus in tanta distan-
tia vbi nullus hominū venit
et sic factum est. Fuerunt enī
in fine mundi in vna foresta q̄
multum distabat ab homib⁹
Illa tristabatur et ionathas
votum vouit deo celi ꝙ dimit
teret eā bestijs ad deuorādū
donec redderet anulū et mo-
nile. que ꝓmisit facere si possꝫ
Et ad petitionē cōcubine Io
nathas virtutē panni dixit. s.
quicūq; super eo quiesceret ⁊
cogitaret vbi esse vellet: ibi
statim esset. Deinde ipse se su
pra pannū posuit ⁊ caput ei⁹
in gremio suo collocauit ⁊ dū
dormire cepisset ipsa partem
panni supra quā sedebat ad
se traxit. At illa cogitabat vti
nā essem in loco vbi mane fui
quod factum est. et ionathas
dormiēs in foresta māsit. Cū
autē de somno surrexisset ⁊ pā
num ablatum a cōcubina vi-
disset fleuit amarissime nec sci
uit ad quē locū pergere debe-
ret. Surrexit et signo cruc; se
muniens per quandā viā am-
bulauit per quā ad aquā ꝓfū
dā venit ꝑ quā transire opor-
tebat que tam amara ⁊ serui
da fuit ꝙ carnes pedum vsq;
ad nuda ossa sepabat. Ille ve
ro de hoc contristatus vas de

illa aqua impleuit ⁊ secū por
tauit .et vlterius veniens ce
pit esurire. videns quandaꝫ
arborem de fructu eius come
dit et stati fact⁹ est leprosus.
De fructu illo etiā collegit et
sic portauit. Tunc veniēs ad
aliā aquā per quaꝫ transiuit
que ad carnes pedū restaura
bat vas de ea impleuit ⁊ secū
portauit et vlterius ꝓcedens
cepit esurire. videns quandā
arborem de cui⁹ fructu cepit
et comedit.et sicut per primū
fructū infectus erat sic per se
cunduꝫ fructū a lepra est mū
datus. De illo fructu etiā at=
tulit et secū portauit. Dū ve
ro vlteri⁹ābularet vidit quod
daꝫ castrū et duo homines ei
obuiabant qrētes quis esset.
At ille. Medicus peritus sum.
Qui dixerūt. Rex istius regni
manet in isto castro et est ho=
mo leprosus si eū a lepra cu=
rare posses multas diuitias
tibi daret. At ille. Etiaꝫ. Qui
adducentes ipsum ad regem
dedit ei de secūdo fructu ⁊ cu
ratus est a lepra. ⁊ de secūda
aqua ad bibendū q̄ carnes ei
restaurabat. Rex ergo multa
donaria ei cōtulit. Jonathas
igitur inuenit nauē de ciuita=
te sua. et illuc transfretauit.
Rumor per totā ciuitatē exi=
uit ꝙ magn⁹ medic⁹ aduenissꝫ
et cōcubina sua que ei abstu=
lerat iocalia ad mortem infir
mata est mittēs ꝓ medico isto.
Jonathas ignotus est ab om
nibus sed ipse eā cognoscens
dixit ꝙ medicina sua nō vale=
ret ei nisi prius ꝯfiteretur oīa
pctā sua et si aliqueꝫ defrau=
dasset ꝙ redderet. Illa vero
alta voce cōfitebatur quō io=
natā decepisset de anulo mo=
nili et panno. et quō euꝫ in lo
co deserto reliqsset bestiis ad
deuorandū. Ille hoc audiens
dixit. Dic michi dn̄a vbi sunt
ista tria iocalia. at illa. In ar
cha mea et dedit ei claues ar
che ⁊ iuenit ea. Jonathas ei
de fructu illi⁹ arboris a qua
lepram recepit ad comeden=
dum dedit et de aqua prima
que carnē ab ossibus separa=
uit ad bibēdū ei tribuit et cū
gustasset et bibisset statim est
arefacta et dolores interiores
sentiens lachrymabiliter cla
mauit. Jonathas cū iocalib⁹
ad matrē suā perrexit. de cui⁹
aduētu tot⁹ ppl'us gaudebat.
Ille vero matri a pncipio vsqꝫ
ad finē narrauit quomodo de
us eū a multis malis piculis
liberauit ⁊ p aliquos ānos vi=
xit vitā suā in pace finiuit.

Moralisatio.

Carissimi. Iste rex est domi
nus noster iesus xp̄us. Regi=
na mater ecclesia. tres filii ho

mines in mūdo viuētes. Per primū intelligo diuites ꝛ mūdi potentes quibus dat deus mūdi voluptatē. Per secūdū mundi sapiētes qui per sapiētiam mundanā quicquid habent acquirunt. Per tertiū filiū bonū xpianū ab eterno electum cui dedit deus tria iocalia scʒ anulū fidei. monile sue gratie vel spei. ꝛ pannum caritatis. Unde quicūqꝫ anulū fidei portauerit grām dei ꝛ hominis amorē habere poterit intātū ꝙ quicquid desiderat obtinebit sicut scribit aplus. Si habueritis fidē vt granuʒ sinapis poteritis dicere huic monti transi: ꝛ transiet. Si vero in pectore hoc est in corde monile spei habueris cogita quod volueris ꝛ qḋ iustum est. obtinebis. Unḋ euāgelista dicit. Petite et accipietis. q̄rite et inuenietis. Et ad coꝛ. Spe salui facti sumus. Si vero pānum caritatis habueritꝭ vbicūqꝫ esse volueritis obtinebitis. Apl's. ad Coꝛ. i. Caritas nō que sua sūt querit sed que Jesu xpi. Et. i. Joh. iiij. Deꝰ caritas est. Sed ista tria iocalia sepius perdit homo in studio huius mundi per cōcubinam suam. i. carneʒ. s. per carnalem cōcupiscentiā: quia caro spiritui aduersaꝫ. Concubina traxit pannū a ionatha ipso dormiente. sic caro sepius caritateʒ ab homine trahit ꝑ peccatum mortale: et eum in peccatis dormientē dimittit hominē ab omni gratia et adiutorio dei q̄diu in peccatꝭ iacet. Jonathas excitatus a sōno fleuit amarissime. Sic tu postq̄ʒ excitatus fueris a somno peccati ꝛ te inueneris sine gratia et virtutibꝰ merito flere poteris. Quid ergo est faciēdum. Surge velociter per opa misericordie et signa te signaculo sancte crucis in pectore et inuenies viā salutis. Perge quousqꝫ inueneris aquam per quā caro separaꝫ ab ossibus. Aqua illa est contritio q̄ tam amara debet eē ꝙ debet separare carnē. i. carnales delectationes ab ossibus. i. peccatis in quibus deū offendisti: ꝛ vas cordis tui de hac aq̄ debes implere: ꝛ q̄diu in hoc mortali corpore fueris contritionē in corde habeas. deinde vlteriꝰ debes ꝓcedere ꝛ fructū arboris comedere. Ille fructꝰ est penitētia ꝑ quā aīa sustētatur ꝛ corpꝰ denigraꝫ sepiꝰ ad modū leprosi. Illū fructū debes colligere ꝛ ꝑ tecū portare Cū vlteriꝰ ꝓcessissꝫ venit ad secūdā aquā ꝑ quā caro erat restaurata Aqua ista ē ꝯfessio q̄ restaurat vtutes ꝑditas. Cuʒ vero vlteriꝰ ꝓgeret de fructu

scde arboris comedit et cura- tus est. Fructus ille est fruct⁹ penitentie.s.orationis ieiunij et elemosyne. De istis fluuijs et fructibus debes semp portare tecū vt si a casu aliquē regem leprosum inueneris ipm cures. Rex iste ḋr homo p pec catū infectus qui p fructū cō fessionis et aquam cōtritiōis curari poterit. Duo q̄ sibi in via occurrerūt et ad curandū te ducūt sunt timor dei et gehenne ꝓpter que homo decli nat a malo et facit bonū. Na ues que ionathā duxerūt ad patriā sūt diuina ꝑcepta que nos ducūt ad gaudia eterna. sed opz nos prius videre ꝯcu binā.s.carnē spūi contrariam et eam in lecto carnalis con- cupiscētie inuenies. Da ei de fructu penitētie cū aqua con- tritōis p que duo intumescat hoc est eleuet per bonā deuo- tionē ad recipiendū iugū pe- nitentie. et sic poteris spiritū deo reddere cum iocalibus.i. bonis ꝟtutibus ad patriā re- gni celestis ꝑuenire. Ad quā nos perducat pater et filius et spiritussanctus &c.

¶ De gloria mūdi et luxu ria q̄ multos decipit et ad interitū deducit. Ca.cxxi

Olim erat quidam rex q̄ habuit duos milites in vna ciuitate. vnus erat senex alter iuuenis. Senex erat di- ues: et pulchram puellam ꝓ pter eius pulchritudinem in vxorem duxit Iuuenis miles erat pauper et quandā vetu- lā locupletē ꝓpter diuitias accepit quam miles nō mul- tum dilexit. Accidit semel q̄ miles iuuenis p castrū senis militis ambularet et vxor se- nis militis in quadā fenestra in solatio sedebat et dulciter cantabat. Iuuenis cum eam vidisset captus est in amore eius et in aīo cogitabat. Me lior esset conbinatio inter me et illam iuuenculā q̄ inter ip- sam et virū suum q̄ est homo senex et impotens: et q̄ vxor mea esset vxor eius. et ab illo cepit eam diligere et clinodia dare. Dn̄a etiā miro mō eum dilexit et qn̄ potuit ad eum ac cessit et omnibus viribus ni- tebatur si possibile esset in ve- rū accipere post mortem viri sui. Erat aūt ante fenestram castri senis militis arbor fici in qua oīni nocte philomena residebat que dulciter canta bat ꝓpter cuius cantū dn̄a singulis noctibus surrexit et ad fenestrā perrexit et per ma gnū spaciū ibidē expectabat vt canticū philomene audi- ret. Cum hoc ꝑcepisset vir ei⁹ q̄ singulis noctibus surgeret ait ei. Carissima qua de cau-

sa singulis noctibus de lecto surgis. Que respōdit q̄ super arborē fici omni nocte reside=ret philomena. que tam dulciter cantat q̄ oportet me surgere et eā audire. Miles hoc audiens de mane surrexit: et cum arcu ⁊ sagitta ad arborē fici perrexit: philomenā occi=dit et cor extraxit et vxori presentauit. Dn̄a videns cor philomene amare fleuit dicens. O bona philomena fecisti qd̄ debuisti ego sum causa mortꝭ tue: statim nunciū ad iuuenē militē misit nunciando ei crudelitatem mariti eo q̄ philo=menā interfecissꝫ. Miles hoc audiens cōmota sunt oīa viscera eius et ait in corde suo. O si cōstaret isti crudeli q̄ntus esset amor inter me et suā vxorem peius me tractaret. Ar=mauit se duplici armatura et castrū intrauit et senē militeꝫ occidit. Post hoc cito moritur vxor sua et post hoc cum magno gaudio vxorē senis militꝭ in matrimonium duxit ⁊ am=bo longo tempore vixerunt et in pace vitam finierūt.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per istos duos milites intelligere debemus moysen ꝓphetam: et dn̄m nostrum iesum xp̄m. Xp̄us erat senex qui ab eterno iuuencu=lam desponsauit. s. legē nouā Moyses erat iuuenis q̄ in tēpore factus. qui legē āt iquā despōsauit. Arbor in qua philomena cantauit est crux in q̄ xp̄us pepēdit. Philomena est eius humanitas que dulciter cantabat quando patrē celestē ꝓ genere humano rogauit. Sed iudei nō poterāt pa=ti q̄ dn̄a surgeret de lecto. i. q̄ tot surgerent de lecto peccati et xp̄m sequerentur: ideo eius humanitatē occiderūt et cor eius extraxit. i. amorem queꝫ nobis ostendit. i. cuilibet christiano ostendit vt a p̄ctō quiescat et deo fideliter seruiat. Moyses armauit se duplici armatura et leonem occidit ⁊ armauit se cerimonijs ⁊ circūcisione. et non tantum pecca=ta eius sed omnium fidelium a primo parente vsq̄ ad aduē=tum christi ipsum occiderunt sicut est scriptum. Ipse pecca=ta nr̄a i corpe suo tulit. Quid sequitur postea. Certe moy=ses/id est quilibet fidelis ho=mo qui desiderat ianuam ce=lestis regni intrare oportet vt legem desponset. Iuxta illud Marci. Qui crediderit ⁊ bap=tisatus fuerit saluus erit. ⁊c.

¶ De adulteris mulieri=bus et excecatione quorū=dam prelatorum.
Capitulum. cxxij.

Miles quidaʒ perrexit vt vineam suam vindemiaret. vxor autem eius putans ipsũ diutius moraturũ amasium habuit pro quo misit vt cito veniret. qui venit et cameram intrauit. et cum ambo in stratu essent venit miles. s. maritus ramo vinee in oculo percussus: ostium percutit. et illa tremebũda aperuit: prius tñ amasium abscõdit. Miles ergo intrans oculũ doluit et lectuʒ vt quiesceret parẽ iussit. Tunc vxor timens ne amasiũ in camera latitantem videre posset: marito ait. Quid festinas ad lectũ: dic michi quid accidit. Illo vero referente illa respondit. Dimitte me inquit dñe vt sanum oculũ arte medicinali cõfirmẽ ne illo forsitan morbo alteruʒ similiter amittas. quod ille sustinens os suum illa quasi pro medicina supra mariti oculũ sanũ apposuit: ⁊ manu amasio innuẽs ille recessit. quo facto dixit vxor marito modo secura sum ꝙ nullum malum oculo sano eueniet. iam lectuʒ ascẽde et quiesce.

¶ Moralisatio.

Carissimi. Iste miles est prelatus ecclesie qui habet sanctam ecclesiam custodire et oues sibi traditas regere. Uxor adulterata est aĩa que sepius per peccatũ dyabolo adheret. Miles percutitur oculo quotiens prelatus muneribus excecatur. qꝛ scriptum est. Eccli. xx. Munera excecant oculos iudicum: sic ꝙ necesse habeat camerã bone vite intrare: et omnẽ auariciam et cupiditatem a se excutere per penitentiã tũc audacter debet ostiũ cordis sui percutere tunc vxor. i. aĩa aperiet et gloriã dei recipiet. Sed heu. sepe per carnales affectiones et mundi blãdicias oculum sanũ. s. cordis cũ quo deberemus deũ cõtemplari obfuscant per mundi vanitates et carnis voluptates in tantũ ꝙ periculũ suũ ipsius et subditorum nõ poterit aduertere ⁊ per penitentiã emẽdare. Studeat ergo vnusquisqꝫ sic oculos mentis ad deum dirigere vt possit omne velamen peccati expellere.

¶ ꝙ iuuencule per parentes sunt a luxuriosis coercẽde ⁊ volũtati ꝓprie non reliquẽde. Capꝫ cxxiij.

Miles quidaʒ erat qui ꝑegre proficiscens cõmisit vxorẽ socrui sue seruãdã. i. matri vxoris sue. Uxor autem post decessum mariti quẽdaʒ iuuenem amauit quod matri indicauit. Illa vero statiʒ sibi

fauens iuuenem accersiuit. q̄bus epulātibus miles adueniens ostium pulsauit. statim vxor surgens amasium in lecto abscondit ⁊ post hoc ostiū marito aperuit. Qui cū intrauit precepit vt lectus pararetur. Lassus nāq3 quiescere voluit. Uxor vero turbata quid faceret cogitauit. Qđ videns mater ait. Ne festines filia lectum parare donec mōstrem⁹ marito tuo lintheum quod fecimus. Mater erigēs lintheū q̄ītū potuit per vnū cornu alterum filie ad subleuandū dedit et tamdiu lintheū extēderunt donec amasius est egressus et sic maritus delusus est per extēsionem linthei. Quo facto ait mater filie sue. Nūc extende lintheū super lectum mariti tui quod manib⁹ tuis et meis contextum est.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Miles iste est q̄libz homo qui post baptismū pergit tāq3 peregrinus in mūdo isto quia q̄ādiu hic sumus peregrini sumus. ps. Ego peregrinus sum et filius matris mee. Sed in illa peregrinatione vxor. i. caro sepius adulteratur cum vicijs et cōcupiscētijs. Miles ad ostium pulsat quotiens recordatur quid et q̄ītum contra deum deliquit. et ideo tenetur pulsare. i. orare / ieiunare / elemosinam dare et alia bona opa facere ⁊ sic poterit cameram bone vite intrare et in predictis diuitijs quiescere. Sed vxor. i. caro sepe percipiens q̄ homo penitētiam proponit facere turbat̄ quia non sustinet libenter ad agendum penitentiā. statim mater. i. mundus hoc pcipiēs erigit lintheamen. i. mūdi vanitatem in quibus tantū homo delectatur q̄ periculū proprium non aduertit quod est dolendum.

¶ Q̄ mulieribus nō est credendū neq3 archana ɔmittenda q̄m tpe iracūdie nō celant. Capm. cxxiiij.

Quidā miles generosus quendam regem a quo feudatus erat grauiter offenderat misit ad eū milites vt pro eo intercederent. Uix eniz amicitiam sub hoc pacto obtinuerunt. s. q̄ ad curiaz eius pedester ⁊ equester pariter veniret. i. semiequitans et semiambulās. et q̄ duceret secum amicū fidelissimū et ioculatorē optimū ⁊ inimicū pfidissimū. Miles multū cōtristat⁹ cogitare cepit quō hoc iplere posset. Quadā ꝟo nocte cū pegrinum quendam hospicio recepisset clā dixit vxori sue. Scio

q̃ peregrini promptã pecuniaꝫ secum portant volo ergo si tu suaseris eũ interficere ⁊ pecuniã eius obtinebimus. At illa. bonũ est consiliũ. Cunctis ergo dormiẽtibus circa diluculũ surgit miles excitans peregrinũ ⁊ abire iubet ⁊ vnum de suis vitulis i frusta scidit ponens eũ in sacco. deinde vxorẽ suã excitat dans sibi saccũ vt in angulo domus absconderet dicẽs. Tm̃ caput ⁊ crura cum brachijs in hoc sacco posui corpus aũt in nostro stabulo sepeliui. His dictis aliquãtulã pecuniã sibi ostendebat. ac si illã peregrino mortuo abstulisset. Cũ autẽ dies adessꝫ vt dño suo se presentaret accipiens a dextris canẽ ⁊ paruũ filium suũ in gremio. et vxorẽ a sinistris ad castrũ per rexit. Cũ castro dñi sui appropinquaret dextrũ crus supra dorsum canis sui velut equitans posuit. per alterũ gradiendo sicq̃ȝ pedester ⁊ equester castrum dñi sui itrauit. Quo viso rex cum astantibus mirabaꝫ. Ait ei iudex. Ubi est amicus tuus fidelissim⁹. Qui statim euaginans gladiũ suũ canẽ grauiter vulnerauit. q̃ cuꝫ clamore et dolore fugit. Deinde miles eũ reuocat ⁊ canis ad eũ venit. Ecce fidelissimũ amicũ meũ. Cui rex. verũ dicis. Ubi est ioculator tuus. Cui miles. Ecce paruulus filius me⁹ q̃ñ me ludit magnũ solaciuꝫ michi facit. Ait rex. vbi est maxim⁹ inimic⁹ tuus. qui statim dedit alapã vxori sue dicens. quare tu tã impudice respicis dñm meũ regem. Illa stati rñdit. O maledicte homicida quare me percutis. nonne in domo tua ꝑpria lamentabile homicidiũ perpetrasti ⁊ ꝑ modica pecunia peregrinũ occidisti. Iteruꝫ miles dedit ei alapã dicens. O maledicta cur filiũ tuũ depingere non formidas. que statim iracũda tota facta est. Uenite ostendã vobis saccũ in quo occisi peregrini caput et brachia posuit ⁊ stabulũ in quo eius corpus sepeliuit. Cũ venissent vt experirenꝫ ⁊ locũ eius vxor ostenderet. cito effodientes vilis carnib⁹ vitulinis obstupuerũt. Astutiã militis cognoscentes dignis laudibus eum extulerũt. qui postea domino suo regi specialis dilectionis vinculo est annexus.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Miles iste q̃ sui regis gratiã perdidit est peccator qui ad obtinẽdã grãm dñi sui premittit itercessores deo / scꝫ dilectos hoies quasi consanguineos ⁊ amicos. Ut autẽ dño suo satisfaciat pede

ster veniat et equester. Pedester.i. terrena et tpalia quasi delectabilia ꝯculcādo. Equester pro toto cordis desiderio celestia contēplando. Sed canē quoqꝫ a dextris ꝓ amico fidelissimo secū ducat.i.āgeluꝫ suū bonū vel presbyterū qui aiam suā habet custodire qui licet sepius gladio suorū criminū vulneret ⁊ offendat. recurrit tn̄ fideliter vt amicos q̄ sua secreta corā familia pncipis et amicos tenebit. Joculatorē.i.puerū paruū in gremio est consciētia que si bene regulat̄ multū delectat. Uxorē vero a sinistris ꝓ inimico p fidissimo ducat.i. carnis mollicien vel demonū qui sua secreta corā familia pncipis et amicis.i.corā cūctis angelis atqꝫ sanctis imminente mortis hora in perdictionē sui detegit et reuelat. Tūc merito laudabitur miles sapiens et discretus qui predicans fallacias sic fefellit occulte vitulū mactando et in secreto domus in āgulo subterrādo nec occulte homicidiū perpetrādo. id est corpus ꝓpriū in cubiculo flagellando aut secreta pectoris cōscientia lachrimis intensa imitando. nec tamen homicidiū perpetrando modum debitū non excedendo. sed ieiunijs et oratiōibus et alijs bonis opibus sapienter ⁊ in omnibus insistendo p que tandem domini sui gratiam quā perdiderat rehabebit.

¶ Mulieres non solū pādūt secreta sed ad hoc mētiunt̄ plura. Cpm.cxxv.

ERant duo fratres quorum vnus laicus alter cleric⁹. Laicus sepe audiuerat a fratre suo ꝙ mulieres secretū alicuius non poterant occultare. Cogitabat experiri hoc cum vxore sibi dilecta cui dixit vna nocte Carissima secretū habeo tibi pandere si certus essem ꝙ nulli diceres: quia si cōtrarium faceres cōfusio intolerabilis mihi essꝫ. At illa. Dn̄e noli timere vnuꝫ corpus sumus bonū tuum est meū ⁊ ecōuerso ⁊ etiā malū simil̄. Qui ait. Cū ad priuata accessissem vt opus nature facerē coruus nigerrim⁹ a parte posteriori euolabat. de quo sum cōtristatus. Que ait. Letus esse debes ꝙ a tanta passione es liberatus. Mane vero mulier surrexit ad domum proximi sui iuit et domine domus dixit. O domina carissima potero tibi pandere aliq̄ secreta. Que ait. Jta secure sicut aie tue Que dixit. Mirabilis cas⁹ accidit marito meo nocte ista accessit ad priuata

vt op⁹ nature faceret et certe duo corui nigerrimi a pte posteriori euolabāt. de quo multum doleo. Et illa ad aliam vicinam narrauit de tribus. Et tertia de quattuor. Et sic vltra ꝙ ille diffamatus est ꝙ lx. corui de eo euolassent. Ille turbatus de rumore conuocauit populū cui narrat rem gestam quomodo mulierē voluit experiri si sciret secretū tenere. Post hoc moritꝰ vxor ei⁹ et ille cenobiū intrauit. litteras didicit tres. Quarū pma est nigra. secūda rubea. tcia candida.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi Iste qui malitiā mulierū pbauit pōt dici homo mūdanus qui conamine toto laborat vt bona mundana acquirat et cū sepe credit sine offensione euadere cadit in mille. vt qui cadit in superbiā cadit in multos alios defectus contra salutem anime sue. Et hoc est coruū nigrum a parte posteriori exire/ id est peccatum in effectu. et sic homo diffamatur ꝛ non tantum per vxorē propriā/ scꝫ carnem sed per vicinas alias/ scꝫ per quinqꝫ sensus. Fac ergo tu sicut ille: collige populū .i. omnia pterita ꝛ pñtia facta tua ꝛ purga te per viam confessionis ꝛ tunc poteris cenobium bone vite intrare et in tribus litteris studere per quod studiū acquiris brauiū eternuꝫ. Prima littera est nigra: et est recordatio peccatoꝝ que tam ꝙ nigra ꝛ grauis sarcina torquent ꝛ cruciant quotidie pectus tuū cum recordatiōe pene ifernalis. Scda littera est rubea et est recordatio rosei sanguinis tui creatoris queꝫ in cruce pro te misero peccatore de quinqꝫ riuulis suis fusum misericorditer abundanter tribuit. Tertia littera est candida et est desideriū celestium gaudiorū et eorum qui sequūtur agnum dei in albis quocunqꝫ ierit. Si ista tria in corde firmiter nobiscū habuerimus sine dubio regnū eternū obtinebimus. Ad qd ꝛc.

¶ ꝙ mulieribus in nullo est credendū psertim de secretis Exemplum iocale.

Capitulum. cxxvi.

Macrobius refert ꝙ puer quidam romanus noie papirus semel cum patre senatum sapientū intrauit vbi quoddam secretū consilium preceptū erat sub pena capitis custodiri. Cum puer esset reuersus ad domū mater ei⁹ interrogauit puerū quid consules occultari sub pena capitis statuissent. Ait puer. nō licet te scire quoniam precipit

occultari. Audiēs hoc mater plus incepit precibus ꝑmissis minimis et verib⁹ puer ad reuelandum secretum inclinare. Tandem puer vt satisfaceret matri et secretū teneret dixit. Hoc est consilium vtrum sit melius ꝙ vnus vir plures ducat mulieres vl'vna mulier ducat plures viros in matrimoniū. quo dicto mater alijs feminis romanis secretum hoc proposuit. Que altera die cū turma magna indeliberate venerunt ad senatores petentes potius vnā duobus ꝙ̄ duas feminas vni viro nubere. Senatores vero pauētes verecundi sexus tam impudicam insaniam mirabantur quidnam sibi vellet tanta feminarum intēperies vt parue rei prodigiū et tam inuerecunda postulatio quid sonaret. Puer papirus hoc videns dixit senatoribus rem gestam. qui puerū commendantes statuerūt ꝙ hic puer semper senatui interesset in consilio.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste puer est quilibet homo purus puritate vite. qui cum patre/id est prelato intrat consilium sapientū id est religiosoꝝ in quo tractatur salus et sapientia anime que non omnibus exponēda est et sicut decet vnūquemqꝫ secundum statū suum et penitentiam quā a proprio sacerdote recepit nō debet alijs reuelare. ⁊ multa alia sunt que non debēt recitari. Mater vero est mundus iste qui suadet homini religionē dimittere secreta pandere. hoc est in corde non retinere sed potius vanitatibus se subijcere: ⁊ si nō poterit hoīem sic seducere tūc per minas/id est tribulatōes et paupertates ipm intendit seducē. Fac ergo tu sicut puer papirus. mundū decipias per voluntariā paupertatem et ōndas ei ꝙ due femine/id est diuersa vicia carnalis delectationis potius debēt tradi sub custodia rōnis ꝙ̄ ꝙ ratio suppeditet sub voluptate et delectatione momētanea. Sed sine dubio ꝯtrū est in corpore potius vult eligere ꝙ rō suppeditet sed nullo mō assētire debes: sed econuerso potius. ⁊ sic per ꝯñs puer papirus .i. hō purus poterit ꝑmanere inter sapientes et virtutes bonas habere .i. inter viros sanctos siue sanctas cōtinue poterit verba salutis audire ⁊ vitam eternam obtinere. Quam nobis ⁊c.

¶ De iusticia ⁊ eq̄tate dissertissimi iudicis xp̄i ꝑ occulta iudicia. Ca. cxxvij.

Miles quidam tyrannus erat qui per multa tp̄a quendā famulū fidelē tenuit ac in omnibus prouidū. Quadam vero die cū ad nundinas cum eodē seruo per nem⁹ trāsiret accidit q̄ miles triginta marcas argenti in medio nemoris perderet famulo ignorante. Cū pecuniam non inueniret famulū introgauit si pecuniaȝ inuenisset. q̄ statim negauit et iurare cepit q̄ nichil sciret vt verū dixit. qua nō inuenta statiȝ pedē famuli amputauit et eo relicto domi preꝑit. Erat prope viā quidaȝ heremita. qui cū fletum⁊ clamorem famuli audiret velociter ei occurrit. Audiuitq̄ cōfessionem ipsius ⁊ duȝ cognosceret eum innocentem ad hospitiū suū ip̄m in humeris suis portando misericorditer procurauit. Deinde oratoriū suū itrauit et dn̄o improperauit q̄ nō esset iustus iudex eo q̄ illū innocentē hoiem pedeȝ suū perdere permisisset. Cūq̄ diuti⁹ orassȝ et fleuisset et dn̄o quasi ꝑ falso iudicio quodāmodo improperasset: venit ad eum angelus dicēs. Nunquid legisti in psal. Deus iudex iust⁹ fortis ⁊ patiēs. At ille Multotiēs legi illud ⁊ credidi ex toto corde: sȝ hodie erraui aut ille miser qui pedeȝ suum ꝑdidit sub velamine cōfessionis decepit me. Respondit angelus. Noli loqui aduersus dn̄m iniq̄tatē q̄ oīs vie eius veritas et iudicia eius equitas. Cōmēda memorie q̄ sepius legisti iudicia dei abissus multa. Scias itaq̄ hoiem illum pedē suum ꝑ culpa veteri perdidisse. Nā ante multa tēpora cū eodem pede matrem suam precipitauit maliuole de quadā biga ꝑ quo facto postea nunq̄ condignā penitentiā egit. Miles ille dn̄s suus volebat dextrarium emere ad congregandum maiores diuitias in detrimētum aīe sue et ideo iusto iudicio dei perdidit pecuniā. Quidam pauper fidelis cum vxore et paruulis suis quotidie dn̄o supplicabat vt dignaret sibi in necessariis prouidere q̄ pecuniam inuenit et cōfessori suo obtulit dispensandā. Qui circunquaq̄ sciscitando veraciter illū inuenire non potuit cui⁹ erat. Ergo eidē pauperi partem eiusdem pecunie tribuit propter deum residuam aliis pauperibus erogauit. Pone ergo custodiā ori tuo ne dn̄o aliquatenus improperes vt fecisti cū ipse sit iudex ver⁹ fortis et patiens.

Moralisatio.

Carissimi Miles iste pōt dici q̄libet bonus prelatus qui

debet indui armatura dei vt possit stare firmiter cōtra insi dias diaboli. Famul⁹ fidelis est subditus in omnibus prela to suo obediēs. Prelatus ille habet thesauruz/ scz aias ad custodiendū quas sepe ex ne gligentia sua perdidit. Quid ergo est faciendū/certe debet diligēter q̄diu ē in vita inqre re salutē aie ⁊ si inuenire nō po terit amputet pedē dextrū sub diti. hoc est dz talē rebellē ca stigare ⁊ eū ab ecclesia ampu tare donec cognoscat se deliq̄s se. Sz dic michi quomō. Ecce famulus postq̄ amisit pedez incepit clamare. sic peccator per cōfessionē clamat vt dicit pph̄eta. Clama ne cesses q̄si tuba exalta vocem tuam. ⁊c. Ad cuius clamorē heremita: id est discretus cōfessor hz eū portare in hūeris suis hoc ēst eū informādo pdicādo penitē tiā dando ⁊ in domū ecclesie introducēdo per opa mier ha bet p eo intercedere ad dn̄m nō ei improperādo sed deū in time deprecando vt talē cōuer sum cōseruet ⁊ custodiat. q̄ ali quādo cum pede. i. affectione peruersa matrē suā. i. ecclesiā precipitauit q̄tum in eo fuit qn̄ diuina precepta non custo diuit. Angelus qui heremitā informauit est conscientia pu ra non ficta cuiuslibet prelati et confessoris qui eos ligat et ducit vt ad clamorē pctōris cito ei occurrāt ⁊ in domū dei cito introducāt. Paup qui pe cuniā inuenit est xp̄s q̄ animū sepe custodit ne labatur in in fernū donec pctōr per penitē tiā resurgat ⁊ sic aiam mūdaz xp̄o recipiat qz sine eo nullū opus bonū possumus facere. Pone ergo tu peccator custo diam ori tuo ne aliquid con tra deū dicere presumas. De us eñ est iust⁹ iudex fortis et patiēs. iō non dicas quare fē cit me et post hoc dimisit me cadere. Uel alio mō pōt redu ci. Iste vero miles pōt dici pri mus parēs Adam cui de⁹ de dit infinita bona qz eū consti tuit dn̄m oim creaturarū. ps. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. ⁊c. Famulus fidelis est ratio q̄ in eo dn̄atur q̄diu in purita te vite remāserit thesaurum paradisi quē de⁹ ei commisit p se et heredibus habet Sed adam volens plura acquire re qn̄ appetebat vt alter de⁹ esset: statim thesaurū paradi si perdidit ⁊ tūc pedē dextruz famuli amputauit quia sēdu ctus/scz per euam p sensuali tatē non per rationē pceptuz diuinū vilipendit. sed oleum mie clamando petijt in valle huius mūdi qn̄ in sudore suo panē acquisiuit. Cuius mise-

riam videns dei filius de celo descendit et eũ per ꝓpriũ sanguinẽ redemit et in domũ dei duxit quando infernũ spoliauit. Ipse peccata nostra in corpore suo portauit qñ ꝓ nobis miseris pctõribus mortu⁹ est Pauper q̃ inuenit thesaurū est christ⁹ qui paradisuʒ obtinuit non ꝓ se sed ꝓ oībus qui eum diligũt Heremita deũ deprecatus est sic xp̃s in passione ꝑ carnẽ incepit timere quã do dixit. Si possibile est transeat a me calix iste. et rogauit pro genere humano. Studeamus igitur. ꝛc.

De hoīb⁹ iniuste aliena bona occupantib⁹ grauis erit in extremis disceptatio. Capitulum. cxxviij.

Maximianus regnauit in cuius imperio erãt duo milites. quorũ vnus erat iustus et timens deũ. alter vero cupidus et diues qui magis studuit placere mũdo q̃ꝫ deo. Miles iustus quandã terraʒ annexã terre cupidi habebat quam cupidus toto conamine desiderabat habere. sepius ad militem iustum perrexit. ⁊ ei aurũ ⁊ argentum obtulit q̃ꝫtũ volebat si terrã illam ei vẽderet. ille vero semper renuit sic ꝙ tristis recessit. Sed cogitabat quomodo eum deciperet. Accidit ꝙ iustus moreretur. quod audiens cupidus cartam nomine defũcti scribi fecerat quomodo defunctus in vita sua ꝓ quadaʒ summa pecunie et terram quam desiderabat vendidit Quo facto tres hoīes ꝑcio cõduxit vt ei perhiberent testimoniũ. Cuʒ quibus ad defunctũ accessit ⁊ sigillum eius inuenit in camera vbi defunctus iacuit. oēs expulit exceptis suis testibus Deinde coram testibus sigillum in manu defuncti posuit et pollicem super sigillum ita ꝙ cum pollice mortui cartaʒ suam signauit dicens. Ecce estis testes huius rei. Qui dixerunt: sumus. ⁊ sic miles ille terram illam vt suam occupauit. Cui filius defuncti dixit. Quare terram meã occupas. qui rñdit. pater tuus mihi eã vendidit. Cui ille. Pluries ad patrem meum venisti et pecuniam obtulisti pro terra. sꝫ pater meus nunq̃ꝫ voluit eã vendere. Uenerunt pariter ad iudicẽ. Miles cupid⁹ de emptione cartam sigillatã sigillo defuncti ostendit et testes adduxit qui huic testimonium perhibuerũt. Cui filius defuncti dixit. Scio ꝙ hoc est sigillum patris mei. sed scio ꝙ nunq̃ꝫ tibi vendidit. quomodo sigillũ habuisti ignoro quare ibi testimonium de hoc perhibeas

Judex vero istos tres abinuicem separari fecit et militem similiter et seniorem fecit adduci querens ab eo si orationem dñicã sciret ꝛ fecit eũ coram eo a principio vsq; ad finem dicere qui eã bene sciuit. Et illũ fecit poni in locũ seorsum. Deinde iussit secundum adduxi ꝛ ait ei. Carissime ante te socius tuus erat hic qui mihi dixit ita verum sicut pater noster: ido nisi tu dicas michi veritatẽ quã a te quesiero in patibulo te suspendi faciã. Ille cogitauit: socius me⁹ totũ narrauit quomodo miles pollicẽ defuncti accepit ꝛ ei⁹ sigillũ et cartam suam sigillauit. nisi veritatem dixero ero filius mortis. Qui omnia per ordinem narrauit. Cum hoc audisset iudex fecit eum seorsum poni et tertium adduci. Qui ait. Carissime. socius vester primus dixit michi ita verum sicut pater noster. et secũdus etiam. Ideo nisi tu michi veritatem dixeris morte turpissima morieris. Ille cogitauit. Socij mei omnia secreta militis narrauerunt. ideo bonum est vt veritatem dicam. Qui de verbo ad verbum iudici narrauit quomodo hoc factum fuit Quem iudex seorsũ poni fecit. Et vocauit militẽ quem toruo vultu respexit dicens. O maledicte cupiditas tua excecauit te. Dic michi quomodo miles defunct⁹ terram quam occupas tibi vendidit. Ille vero ignorans confessionez testium allegauit ꝙ iuste occuparet. Cui rex. Maledicte testes ꝑhibẽt testimonium cõtra te quomodo post mortem eius pollicem accepisti et sigillum eius et cartam suam sigillasti. Quod audiẽs miles ad terram cecidit ꝛ misericordiam petiuit Ait ei rex Misericordiã quam meruisti obtinebis ꝛ fecit testes trahi per caudas equorum vsq; ad patibulum et ibi suspendi: similiter et militem. Satrape regni iudiciũ ꝛ sapientiam regis laudabant ꝙ tam sapienter veritatem inuestigasset et omnia que miles habebat dedit filio defuncti militis qui gratias regi egit et hereditatem sibi restituit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per duos milites intelligũtur diabol⁹ ꝛ primus parens Filius eius erat totũ genus humanum ab eo propagatũ. hereditas est paradisus quem deus sibi dedit hoc vidẽs miles cupidus/id est dyabolus accessit ad eum suggerendo et temptando vt paradisum per peccatũ amitteret. Ille vero ꝙdiu remãsit

in vita/scȝ in puritate vite he reditatem.s.paradisum occu pauit sȝ mortuo eo p pctm̄ qđ cōmisit cōtra diuinū pceptuȝ perdidit et totū genus huma nū post eū.Sed primo est que rendū quō perdidit. Dico car ta erat scripta qñ Eua cōsen sum prebuit vt de ligno vite contra diuinū preceptū come deret. Erat eñ sigillata quā do adam q̄ erat caput rōnis ⁊ cui dabat specialiter pceptū comedit ⁊ vxori magis adhe sit q̄ȝ deo. Sigillū vt scitis im primit suā impressionē in cera sic de⁹ impressit suā imagineȝ in adam et eum mundi domi nū constituit. Unde ps. Oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹ oues et boues.⁊c. Illam impressio nem.i.imaginē dedit dyabo lo quando ei obediuit: ⁊ hoc cum pollice postq̄ȝ defunctus erat. Pollex enim claudit to tam manū.pollice amisso ma nus vires amittit. Per polli cem debemus intelligere ra tioneȝ quam deus homini de dit vt bonū eligat et malum respuat. vnde q̄ȝdiu homo ra tione regitur ⁊ ratio in eo dña tur tandiu poterit bene seipȝ et alios regere Sed qui caret ratione: caret virtute et forti tudine spirituali. Adam vero primus parens habebat sciē tiam a deo infusam vltra om nes creaturas: ita q̄ oēs crea ture ante peccatū ei obedie bant. Hoc non obstante scien ter cum pollice ratiōis adhe sit dyabolo cum dyabolus ei dixerat: non moriemini: sed si comederitꝭ eritis sicut dij sciē tes bonū ⁊ malum. Dyabol⁹ cū vidisset eū sic seductū ⁊ he reditate celesti priuatū vole bat filiū.s.totum genus hūa num excludere. Sed homo si cautus fuerit debet ad regeȝ celestem accedere vt patriar che et prophete fecerūt: q̄ cla mauerūt ad deū p remedio. O dñe deus emanuel rex et le gifer noster expectatio genti um et saluator earū veni ad saluandum nos dñe deus no ster Sed dyabolus pduxit se cum tres testes.s.supbiā vite: cōcupiscētiā carnis: ⁊ cōcupi scentiā oculorum. cōtra quos oportet pcedere prudenter. Primū testem debemus exa miare si sciat pater noster. ⁊c. siue orationē dñicam hoc est si aliquid fecerat pp̄ter quod peccatum superbie contra eū testimoniū phibeat humiliet se in oībus verbo et opere. ita vere sicut est orō dñica ⁊ regē celestem placabit exēplo xp̄i qui erat patri obediens vsq̄ ad mortem. Si vero homo ti meat scđm testem.s.concupi scentiam oculorum.s.mundū

In quo tantū delectatur pure confiteatur vt fecit scḋs ꝛ periculū poterit euadere. Si vero homo timeat tertiū testem.s. concupiscentiā carnis deo satisfaciat per carnis macerationem/id est per verā satisfactionē vt fecit tertius testis q̄ omnia recognouit. Unde ipse cū duobus socijs suis in patibulo suspendit. De quo legit Job. Suspēdiū elegit anima mea.i. suspendiū penitentie. Et si sic fecerim⁹ vitā eternā obtinebimus. Ad quā ꝛc.

¶De amicitie vere ꝓbatione. Capitulū. cxxix.

REx quidā habuit tm̄ vnicum filiū quem multum dilexit. Cuius filius a patre licentiam accepit vt mūdum visitaret ꝛ amicos sibi acquireret qui ꝑ septē annos vagabatur in mūdo: ꝛ post hec ad patrē rediit. Pater gaudēter eum recepit ꝛ ab eo quesiuit quot amicos acquisiuisset. Ait filius. Tres. Primū amicū plusq̄ meipm̄ diligo. Secūdū tm̄ sicut meipm̄. Et tertiū parū aut nihil. Cui pater Bonū est eos ꝓbare ꝛ temptare anteq̄ idigeas de eis. Porcū occide et in sacco pone et in domum amici quē plus diligis q̄ te perge nocte ꝛ dic ei q̄ a casu hoīez occidisti ꝛ si inuentū fuerit corpus ego morte turpissima ero cōdēnatus. Rogo modo sicut te semꝑ pl⁹ q̄ meipm̄ dilexi: succurre michi in hac maxima necessitate. qḋ factū est. At ille respondit. sicut eū occidisti necesse est vt penitentie subiaceas. si corpus esset inuentū forte in patibulo eris suspensus. Uerūtamē q2 amicus meus fuisti: ideo tecū pergā ad patibulū: ꝛ postq̄ mortu⁹ fuerꝭ tres vel quattuor vlnas panni tibi dabo ad corpus tuū inuoluendū. Ille hoc audiens ad scḋm amicū accessit et illū vt primū probauit. Ille sicut p̄mus renuit dicēs. Credis me fatuū q̄ in tali ꝑiculo me ponere vellē. Uerūtamē q2 amicus meus fuisti: ideo ad patibulū tecum pergā et in via te consolabor q̄tum potero. Ille ad tertiū amicū accessit et eum ꝓbauit dicens. Uerecundor tibi loqui quia nunq̄ pro te aliquid feci et a casu hoīez interfeci ꝛc. At ille. Libenter hoc faciam ꝛ michi culpā imponā ꝛ patibulū si necesse fuerit ꝑ te ascendā. Hinc expertū ē meliorē amicū suū fuisse.

¶Moralisatio.

CArissimi. Rex iste est de⁹ omnipotens. Filius vnicus est quilꝫ homo xp̄ianus qui per duodecim ānos.i. toto tp̄e vite sue habet in mūdo

cōuersari et tres amicos que rere. Primus est mūdus quē plus diligit q̄ seipm: pbatur hoc pter mūdū homo se ponit in periculo mortꝭ modo in mari modo in terra vitā sepe amittēdo vt tpalia bona possit habere. ergo plus diligit mundū q̄ seipm. Et si eū tpe necessitatis pbaueris sine dubio tibi deficiet: imo de omnibus bonis tuis si tibi dederit duas vlnas vel tres de panno ad inoluendū corpus tuū multū est. Scd̄s amicus quē tm̄ diligis sicut teipm est vxor tua et filij tui et filie: bene ad sepulchrū in morte tecū plorando pergunt. Et cum vxor ad domū redierit infra paucos dies dolor recedit et aliū incipit amare. Tertius amicus p quo parū fecisti est iesus xp̄s quia pauca bona p eius amore sumus opati immo multa mala qui tpe mortis amicus est si contriti ⁊ cōfessi fuerimus: immo pro nobis mortē in cruce sustinuit.

¶ Q vir sapiens plus valet viro forti. Cp̄m. cxxx.

ERat quidā rex qui pauperē quēdā ad magnas diuitias pmouit: eiq; vnū castrū ad custodiendū cōmisit. Ille sic sublimatus superbꝰ factus est valde cū inimicis regis consiliū habuit et pditor factus castrū ipsis apuit. Rex vo de hoc multū ɔtristatus consiliū habuit quō castrū retraherꝫ. Dictū est ei q non posset castrū retrahere nisi tria haberet. s. fortitudinē / sapiam / et dilectionē vna cū diuitijs. Vn̄ in regno suo fuerunt tres milites quoꝝ vnus ceteris fortior / scd̄s sapiētior tertius regem multum dilexit. Isti milites sunt missi cuꝫ exercitibus vt castrum inuaderent. Primus miles fortis cum exercitu grandi precessit per quandā forestam in qua erant inimici regis et incepit contra eos viriliter pugnare: sꝫ subito quedā sagitta exijt de balista et eum in inguine percussit et mortuus est. Miles sapiens post eū forestam intrauit ⁊ incepit allegare lura sic volens eos allicere ad restitutionē castri. interim venit sagitta que percussit eum inter pulmonē et stomachum ⁊ mortuus ē. Hec tertiꝰ miles videns forestam intrauit ⁊ incepit dulcia verba proferre et ornate loqui intantū q illum libenter audiebant et transire permittebant. Veruntamē tantū cum illis fecit q introitum habuit in castruꝫ. Et sic inter eos conuersabat q oēs existentes in castro sunt cum

co confederati. Et sic castrū pro lege acquisiuit et suū vexillū in sūmitate ordinauit Cū rex hoc audisset q tā prudenter castrū acqsiuisset illū ad magnas diuitias pmouit

Moralisatio.

¶ Carissimi. Iste rex est dñs noster iesus xps qui illū pauperē.s. Adam primū parentē ad magnas diuitias pmouit qn eū senescallū paradisi constituit: sed ille per peccatū pdidit. Un in toto regno mūdi pauci erant inuenti q castrū pdictū.i.paradisū poterāt obtinere. Uocati sunt tres milites p quos intelligo tria gña hoim. Per primū mūdi potentes qui credunt p potentiam et fortitudinē mundanā paradisum acquirere. Et licet sint ad hoc apti: venit tamē subito sagitta supbie et ipsos spiritualiter interficit. Per scdm militē mundi sapientes itelligere debemus qui incipiūt iura allegare: vt sūt iudices ecclesiastici: aduocati et iudices tēporales q credunt p sapientiam suā paradisum acqrere. Et dum incipiūt bene viuere venit sagitta auaricie/id est bursa plena pecunie et sic percutit eos et spūaliter interficiunt. Per tertiū militē qui dulciter sine tumultu loquebatur xpianū simplicem totaliter in deo cor habentem poterimus intelligere q non confidit in pompa humana: nec in eius sapiētia: sed solūmodo in deo. iuxta illud. ps. Beatus hō q sperat in dño. Certe talis castrū paradisi poterat acquirere. Quod nobis. &c.

¶ De diuitibus qbus datur et pauperib⁹ qb⁹ id qd habent abstrahitur quomodo de⁹ eos eternaliter remunerat pter celestem patriā. Capitulū. cxxxi.

Rex quidā fecit pclamari q oēs indifferenter ad eū venirēt et quicqd ab eo peterent obtinerent. Nobiles et diuites aliqui ducatū aliqui comitatū aliqui militiā aliq aurū et argētū petierūt et obtinuerūt Deide pauperes et simplices venerūt ad regē eū petentes. Quibus ait rex. Tarde venistis ante vos nobiles et pricipes venerunt et omia q habui eis dedi: qui tristes de responsione fuerūt. Rex vero pietate mot⁹ ait. Carissimi tātum eis tēporalia dedi sz dñium retinui quia hoc null⁹ petiuit: ego do vobis hoc vt sitis dñi eorum et iudices. Diuites hoc audientes ptristati sunt et venerūt ad regē dicentes. Dñe confusi sumus q pauperes et seruos nros ptituisti iudices et dños nostros. meli⁹ est nos

mori q̄ sic seruituti subijcia-
mur. Ait rex. Carissimi nō fa-
cio vobis iniuriā quicq̄d a me
petiuistis vobis dedi intantū
q̄ nihil mihi retinui nisi dn̄iū
quod dedi eis. Sed do vobis
cōsilium quilibꝫ vestrū satis
habet ad viuēdū det ergo q̄lꝫ
vestrū partē de diuitijs pau-
peribus per quā poterunt ho
neste viuere et ego dominium
ab eis recipiā et apud me ma
nebit: ⁊ sic eritis liberati a ser
uitute magna qđ et factū est.

Moralisatio.

Carissimi. Rex iste est deus
diues super omia. Preco pro-
clamās est predicator qui di-
cit: petite et accipietis. queri
te et inuenitis. Diuites ⁊ mū-
di potentes cū illum clamorē
audierunt statim cū omni la-
bore castra / ciuitates / aurum
et argentū petierūt ⁊ obtinue
runt. Sed xp̄s tantū de mun-
danis dedit eis q̄ nichil reti-
nuit. Math. viij. Uulpes fo-
ueas h̄nt volucres celi nidos
filius autē homis non habet
vbi caput suū reclinet. Dein
de pauperes venerūt et nihil
habuit eis dare nisi dn̄ium et
sic eos cōstituit dn̄os et iudi-
ces diuitū. Iuxta illud Mat.
Uos qui reliq̄stis oia ⁊ secuti
estis me sedebitis sup sedes
duodeciꝫ iudicātes duodeciꝫ
trib⁹ isrl. Et illō Mat. v. Bti
paupes spiritu q̄m ipsoꝝ ē. re⁊
Diuites hoc videntes debēt
multum dolere q̄ pauperes q̄
serui eorum fuerūt in hoc mū
do debent esse iudices et dn̄i
eorum in celo. Si ergo deside
ratis cū eis regnare faciatis
sicut fecerunt illi: quilibꝫ det
elemosynam q̄ntū potest pau-
peribus vt possint viuere: ⁊ si
ne dubio cū eis poteritis ineter-
num regnare.

De inuidis qui bonos
per malam vitaꝫ inficiūt
Capitulum. cxxxiij.

Ciuitas quedam erat in
qua quatuor phisici fue
rūt in medicina periti Iunior
alios tres in scientia excelle-
bat intantū q̄ omēs infirmos
ad eū venientes saluauit. Qđ
alij inuidētes moti sūt ꝯtra eū
et inter se dixerunt. Quō pote
rimus istum extinguere: ecce
totus mundus ad eū currit ⁊
nichil poterimus ꝑpter eum
lucrari. Ait vnus de tribus.
Ad tres leucas omni hebdo-
mada visitat ducē: et die cra-
stina ad eū accedet: ego stabo
extra ciuitatē ad vnā leucam
tu vero ad scđam: et alius ad
tertiaꝫ. Cū vero in fine prime
leuce venerit ei obuiabo et si-
gno crucis me signabo: et qui
libet vestrū sic similiter faciet
Ille vero causam crucis quē-
ret: dicemus. Leprosus fact⁹

ps et ex timore lepram incur=
ret: qa dicit ypocras. Homo
timens lepram ex timore eaz
incurrit Et cū leprosus fuerit
nullus ad eum accedet quod
et factum est.

Moralisatio.

Carissimi. Per istos tres me
dicos qui quartū inficiebāt:
debem⁹ intelligere tria vicia
que in isto mundo regnāt. s. su
perbia vite: cōcupiscētia car=
nis: et concupiscentia oculoꝝ
vel signant dyabolū mundū
et carnem. Isti sunt medici re
proborum qui faciūt corpus
in delicijs viuere; animaz in
inferno regnare. Medic⁹ sub=
tilis est quilibet bonus xp̄ia=
nus sicut sunt prelati et ꝓfes=
sores qui habent nos spūalit
curare: virtutes inserere: ⁊ vi
cia extirpare. Sz heu ꝓh dolor sepe per illa tria vicia me=
dicus spiritualis est infectus
intantū. ꝙ nō est dign⁹ gradū
in ecclesia tenere: sed extra vt
sunt symoniaci et alij qui sūt
diuersis vicijs irretiti. Caris=
simi. si voluerimus ab istis vi
cijs cauere extra viā ambule=
mus per opera mie et sic po=
terimus ad regnū peruenire.
Quod nobis. ⁊c.

De spirituali amicitia.
Capitulum. cxxxiiij.

Erat quidā rex qui duos
leporarios habuit q̄ q̄ū
continue adinuicem erant li=
gati et q̄diu inuicē ligabant
mutuo se dilexerūt: sed ipsis
solutis quilibz aliū voluit de
uorare. Rex vero hoc videns
multum dolebat qz qū lude=
re cum eis volebat et venari
ipsis solutis pugnabāt et lu=
do non intendebant. Rex con
siliū querebat super hoc. Cui
dictū est ꝙ lupus fortis ⁊ cru=
delis adduci deberet et vnus
de canibus contra eum pu=
gnare permitteretur: et quā=
do hic canis fere fuerit deui=
ctus: alium canem contra eū
admitteret cū primus canis
videret se auxiliatū: semper
post hoc adinuicem mutuo se
diligerent: quod et factū est:
et lupo quasi deuincente ca=
nem primū et primo cane de=
ficiente alius eū defendit ⁊ lu
pum occidit. Ab illo tempore
tam ligati q̄ soluti canes mu
tuo se dilexerunt.

Moralisatio.

Carissimi. Iste rex est dn̄s
noster iesus xp̄us. Duo canes
adinuicē ligati sunt corpus ⁊
aīa in baptismo ligati q̄diu
vero sic stant ligati mutuo se
diligūt: sz si soluant per pctm̄
mortale: statim vnus contra
aliū est. vt dicit aplūs. Caro
ꝯcupiscit aduersus spm̄ ⁊ ecō
uerso. Quid ḡ est faciēdū Cer
te vt caro subijciat penitētie

contra lupū.i.dyabolū se opponet: et tunc anima cōfortabitur: et cum carne pugnabit viriliter. et post hoc erit amor in omni prosperitate ⁊ aduersitate: et pariter ambo diligētur a dño propter cuius dilectionē vitā eternā obtinebūt.

¶ De innocēte morte xpi. Capitulum. cxxxiiij.

Narrat seneca q lex aliquando erat q quilibet miles i armis suis sepeliri deberet. Et qui super hoc defunctum armis spoliaret morte moreret. Accidit casus q quedā ciuitas obsessa erat a qdā rege tyranno: qui in circuitu ciuitatis insidias ponebat et populum quasi sine numero occidit intantū q erat in periculo ciues perdendi et multū timebāt: quia resistere nō poterant. Dum autē sic in periculo starent: quidā miles fortis nobilis et strennuus intrauit ciuitatem et ciuibus multum cōpatiebatur. Ciues vero accesserunt ad eum dicentes. Dñe adiuua nos. At ille Carissimi: isto periculo liberari nō potentis nisi per manuz validam. Ego vero vt videtis in armis non sum: ideo nō possum pugnare. Unus de ciuib᷒ dixit. Dñe infra paucos dies in hoc sepulchro quidā miles sepult᷒ est in optimis armis: arma eius accipe et ciuitatē nostrā de inimicis libera. Miles armis a mortuo receptis: inimicis certamen dedit et victoriam obtinuit: ⁊ sic ciuitatē liberauit: et arma recepta reposuit. Emuli inuidia moti q tam gloriosuz bellum fecit euz apud iudicē accusauerūt q contra legē egisset: eo q defunctū armis spoliauit. Qui respōdit. Dñe de duob᷒ malis maius malū est vitandū. ⁊ qz ciuitatē tueri nō potuissez ab inimicis nisi habuissez arma ideo ea accepi et reposui. Itē fur vel predo spoliat ea intentione vt non restituat. sed ego propter bonū cōmune arma accepi et restitui: ideo potius deberē premiari q̄ accusari. Item in ciuitate aliqua si domus accendit: nonne melius est vt domus illa sine dilatione totaliter destruatur ātequā cetere domus incēdātur et ciuitas tota destruatur. Sic in proposito. Nonne melius est q omnes cōseruaui accipiendo arma q̄ non accipiēdo nō defendissem. Si enim ea non accepissem omnes essetis interempti. Emuli vero dixerūt Reus est mortis. Judex vero ad petionem eorum cōtra eū sententiā dedit vt occideret: et sic factum est. De cui᷒ mor

te factus est plāctus magnꝰ in ciuitate.

Moralisatio.

¶ Carissimi. Ciuitas ista obsessa erat mūdus iste a dyabolo obsessus magno tempore. Et quotquot tunc in mundo erant fuerūt in periculo quia omnes ad infernum descenderunt. Mundus iste erat circūuallatus vicijs et cōcupiscentijs. Miles fortis qui arma non habuit est dn̄s noster iesꝰ christus. Unde ps. Dn̄s fortꝫ et potens.ꝛc. Qui videns mūdum in periculo et totum genus humanū in perditioneꝫ prexit ad sepulchꝛum.i.vteruꝫ beate virginis: et ibi inuenit arma primi parentis.i.humanitatem assūpsit et cōtra diabolum pugnauit: victoriā obtinuit et nos a morte liberauit. Emuli sūt iudei: hoc vidētes illū apud pilatū accusabant dicentes. Ne forte veniant romani et tollant nostrū locuꝫ et gentem.ꝛc. Miles dicebat. Meliꝰ est vt vna domꝰ destruat̄ q̄ꝫ tota ciuitas. Ecōtra cayphas dicebat. Expedit vt vnus moriatur et nō tota gens. Ideo pylatus eum morti tradidit. De cuiꝰ morte petre scisse sunt et tenebre facte sunt super vniuersā terram. sed facta victoria iterato in sepulchro hec arma reposuit.i. corpus suum gloriosum in terra quieuit. Studeamus ergo eius mortē plangere in mente/in corde retinere/ ꝛ ad memoriā reducere: quia viriliter pro nobis pugnauit et nos a faucibus dyaboli liberauit. Unde propter hoc tenemur eum sup omia diligere et pro eius amore patrē ꝛ matrem dimittere. Quis vnq̄ꝫ audiuit ꝙ homo habēs vnicum filiū et heredem qui eū mori permittere vellet sicut pater celestis fecerat de vnico filio suo dn̄o nostro iesu xp̄o: et tn̄ mortuus est. Sic et nos debemus voluntarie carnis delectationes ꝛ om̄e quod deo displicet per penitentiā mortificare: et sic vitam eternam poterimus obtinere.

¶ De cōscientia nostra dum angustiat̄ ad deū per cōfessionem et opa meritoria recurramus. Capm̄. cxxxv.

Refert augustinꝰ in de ciuitate dei ꝙ Lucretia erat mulier romana nobilissima que erat vxor Calatini. Cum ille calatinꝰ sextū nobile filium imperatoris tarquinij ad castrum suū inuitasset: sextus ē statim captus in amore pulcherrime Lucretie. Tempus aptū quo imperator et calatinꝰ de roma simul recederēt obseruās ad predictū castrū

reuersus sibi pnoctauit: et nocte illa nō vt hospes sed vt hostis cubiculū lucrecie clam ingressus manu sinistra opprimens pectus eius dextra vero gladiū tenens se pdidit dicens. Sextus sum: michi consentias vl' morieris. Illa nullo mō consentire volebat. Dixitq3 sextus. Nisi michi ꝯsentias seruū iugulatū nudū corpori tuo nudo etiā te iugulata tibi sociabo vt per orbē fama currat lucretiā cum seruo in cubiculo iugulatā. Illa vero timens de tali infamia coacta consensit. Sextus vero cōpleta libidine recessit. Illa vero multū dolēs pſem ⁊ maritū fratres ⁊ impatorē nepotē et ꝓconsules vocauit p litteras quos oēs p̄sentes sic alloquit̄ dicens. Sextus domū meam itrauit hostis ꝓ hospite: scias tuo calatine vestimēta viri alieni i lecto tuo fuisse: verūtamē licet corpus sit violatum: animus tamē est innocēs. iam a culpa me absolue: a pena tamen non liberabor. Statim cum gladio occultato sub clamide ꝓpria manu se transfixit Quo facto amici eius gladio illo accepto iurabant p sanguinē lucretie omnez ꝓgeniē tarquini de roma eijcere et extirpare quod ⁊ fecerunt. Sextū vero auctorem criminis interfecerunt miserabiliter.

¶ Moralisatio.

solutionem q̄stionis inuenem soluisse timēs ne peccatū suū patefieret: irato vultu eū respiciens dixit. Longe es iuuenis a questione: nichil verū dixisti. decollari quidē promerueris: sꝫ ecce habebis dierū triginta spaciū recogita tecum. Reuertere ad terram tuā. ꝛ si solutionē questiōis inueneris filiā meā in matrimoniū accipies. sin autē decollaberis. Juuenis turbat⁹ accepto comitatu nauem ascēdēs tendit i patriam. sꝫ post recessuꝫ adolescentis vocauit rex dispensatorem suū taliarchū noīe cui ait. Taliarche secretorū meorū minister fidelissime scias q̄ tyrus Appollonius inuenit q̄stionis mee solutionē. Ascende ergo cōfestim nauem ad ꝑsequendū eum ꝛ cū perueneris tyrū quere eum et cū ferro vl' veneno interfice eum. Reuersus dū fueris premiū magnū accipies. Taliarchus scutuꝫ accipiēs pecuniāq̄ ꝑgens ad patriā iuuenis venit. Appollonius vero prius venit ꝛ ad domū suā itroiuit. apertoq̄ scrinio oēs libros respexit ꝛ nihil aliud inuenit nisi q̄d regi dixerat. et dixit itra se. Nisi fallor antioch⁹ rex impio amore diligit filiā suā ꝛ recogitās secū dixit. Quid agis appolloni conclusionem eius soluisti: et tamen filiam non accepisti. iō delatus es a deo vt nō morereris. Continuoq̄ iussit sibi naues ꝑparari ꝛ eas centum milibus modiorum frumenti onerari: et multo pōdere auri et argenti ꝛ veste copiosa: ꝛ cū paucis secū fidelissimis hora noctis tertia nauem ascendit tradiditq̄ se alto pelago.

Alia vero die queritur a ciuibus suis et non inuenitur. meror ingens nascitur q̄ amantissimus princeps patrie nusq̄ꝫ comparuit. planctus magnus erat in ciuitate. tantus vero amor ciuium circa eum erat vt multo tempore tonsores cessarent. publica spectacula tollerentur. balnea clauderentur. non templa nec tabernas quisquis ingreditur. Et cum talia agerētur superuenit taliarch⁹ qui a rege antiocho ad necandū miss⁹ erat et videns omnia clausa dixit cuidam puero. Indica michi si viuere velis ex qua causa ciuitas ista in luctu moratur. Ait puer. O carissime nescis tu illud quid interrogas? Ciuitas hec i luctu morat̄ q2 appolloni⁹ princeps patrie hui⁹ ab ātiocho rege regress⁹ nusq̄ꝫ cōparuit. Taliarchus cū hec audisset gaudio plen⁹ ad nauem rediit ꝛ ātiochiā itrauit. Ingressusq̄ ad regē ait. Dn̄e

mi rex letare: qꝛ appollonius vos timēs nusq̄ cōparuit. Rex ait. Fugere q̄dā potest: sꝫ effu gere non potest. statim hm̄oi edictū posuit q̄cūq; appollo niū tyruꝫ cōtēptorē regis mei michi exhibuerit accipiet q̄n quaginta talenta auri. q̄ vero caput ei⁹ amputauerit cētuꝫ talēta accipiet. hoc facto non tm̄ inimici sꝫ amici cupidita te seducti ad ꝑsequēdum ap pollonium ꝓperabant. Quere batur vero appolloni⁹ ꝑ mare per terras: ꝑ siluas: ꝑ vniuer sas indagines ⁊ nō inuenieba tur. Tūc rex iussit sibi classes nauiū preparari ad ꝑsequen dum iuuenē. sed ⁊ morā faciē tibus q̄ classes sibi nauiū pre parabāt. Appollonius thar sum deuenit ⁊ deābulās iuxta littus visus est a quodā seruo suo Elinato noie q̄ superuene rat in ipsa hora. ⁊ accedēs ad eū dixit. Aue rex appolloni. Ille salutat⁹ fecit vt potētes facere cōsueuerāt. spreuit ho minē. tūc senex idignat⁹ ē val de: et iterū salutauit eū et ait Aue rex appolloni. resaluta ⁊ noli despicere paupertatē ho nestis moribus decoratā. Si enim scis q̄d scio cauendū est tibi. Et ille. Si placet vobis dicito michi. qui ait. Proscri ptus es. At ille. Et q̄s patrie sue proscripsit pricipē. Elina tus ait. rex antiochus. Antio chus: qua ex causa. Elinatus ait. quia quod pater est tu eē voluisti. Appolloni⁹ ait. Et ꝓ quanto me ꝓscripsit. Et ille. Quicunq; te illi viuū exhibue rit quiquaginta talenta auri q̄ vero caput tuuꝫ pertulerit centū talenta ille habebit ꝓ mercede. et ideo moneo te fu ge in presidiū. Sꝫ cū hoc dixis set elinatus recessit. Tūc ap pollonius eū rogauit vt ad se veniret ⁊ centū talēta auri da ret ei: ⁊ ait. Accipe tantuꝫ de paupertate mea: qꝛ meruisti ⁊ amputa caput meū ⁊ regi p̄ sentes et tūc magnū gaudiuꝫ habebit. Ecce habes centuꝫ talenta auri. et tu es innocēs qꝛ ego te ex mea voluntate ꝓ illo cōduxi vt taꝫ magnū gau diū offeras regi. Cui senex re spōdit. Dn̄e absit hoc a me vt hm̄oi rei causa vnq̄ de vita mea premiū accipiā apud bo nos hoies amicitia p̄mio non est cōparanda. Et regi appol lonio magnā laudē adiiciens recessit. Post hec appolloni⁹ cum spaciatur in eodem loco supra lictus vidit quendā ho minē contra se venientem do lentē et mesto vultu strangui lionem noie accessit ad eum ꝓ tinus et ait appollonius Aue strangulilio. Et ipse ait. Aue dn̄e mi rex appolloni. ⁊ rursuꝫ

ait. Dic michi quare in his locis turbata mente versaris. Ait appolloni⁹: q2 filiā regis vt verū dixeram coniugem et in matrimoniu3 petiui. Peto itaqꝫ si fieri pōt in patria vr̄a volo latere. Strangulio ait. Dn̄e appollohi: ciuitas nr̄a pauperrima est et non potest tuam nobilitatē sustinere. preteres durā famē et sterilitatē patimur annone. nec etiā iam ciuibus vlla spes est salutis: sed crudelissima mors est ante oculos nostros. Appollonius ait. agite gratias deo q̄ me ꝑ fugā vestris finib⁹ applicuit. dabo ciuitati vestre centū milia modiorū frumenti si fugā meam tantū celaueris. Strāgulio vt hoc audiuit ꝓstrauit se ante pedes eius ꝛ ait. Dn̄e appolloni si esurienti ciuitati subueneris non solū fugā tuā celabim⁹: sed si necessitas fuerit ꝓ salute tua dimicabimus ascendensqꝫ appollonius tribunal in foro presentibus cūctis ciuibus illius ciuitatis dixit. Ciues tharsenses quos annone penuria turbat et opprimit. ego tyrus appolloni⁹ releuo. credo enim vos huius beneficij memores fugam meam celaturos. Scitote enim nō me malicia anthiochi esse fugatū sed per viam feliciter huc sum delatus. dabo itaqꝫ vobis centū milia modiorum frumēti eo precio quo sum in patria mercat⁹ octo ereis singulos modios. Ciues hec audientes ꝙ singulos modios octo ereis mercarent̄ hilares effecti sunt ac gratias agētes statim frumēta parabāt. Tūc appollonius ne deposita regia dignitate mercatoris magis q̄ꝫ donatoris nomen videretur assumere. preciūqꝫ assumens eiusdem ciuitatis vtilitatibus redonauit. Ciues autē vt tanta viderūt eius beneficia bigam in foro statuerunt in qua stans dextra manu fruges et sinistro pede calcaret ꝛ in base scripserunt. Ciuitati tharsie tyrus appolloni⁹ donū dedit qd̄ ciuitatem a seua morte liberauit. Deinde interpositis paucis diebus hortāte strangulione ꝛ dyonisiade eı⁹ cōiuge ad penthapolim tirenorꝫ nauigare ꝓposuit vt illic lateret eo ꝙ bn̄ficia cū opulantia et tranquilitate agerētur. Igitur cū ingenti honore ducitur ad mare et valedicēs oībus ascēdit ratim sed trib⁹ diebus et noctibus totidem ventis ꝓsperis nauigās subito pelagus mutatū est postq̄ꝫ litt⁹ tharsie reliquit. nā paucis horis ventus concitatus aquilone vento auroqꝫ instante classe celū nimia se pluuia

erupit populus tyri procella corrumpitur ratis pariter dissoluitur zephiri fretū perturbāt grādo ac nubes tenebrosa incūbebant. flant venti fortiter intantū ꝙ mors cūctos occuparet: tūc vnusquisqȝ rapuit sibi tabulas tātū in illa caligine tēpestatis oēs perīt Appolloni⁹ vero vnius tabule bnficio in pēthapolit hanorū littore est pulsus. Stās autē in littore intuēs mare tranquillū sic ait. O pelagi fides facili⁹ incidam in manus crudelissimi regis: quo pgaȝ quā patriā p etā: quis nor:us huic ignoto auxiliū dabit. Hec dū loqueretur appollonius aspexit iuuenē venientē contra se: quidāȝ robustus piscator sordido sago coopertuȝ cogente necessitate pstrauit se ad pedes eius pfusisqȝ lachrymis ait. miserere quicūqȝ es nudo naufrago non humilibus parentibus sȝ notabilib⁹ genito ꝛ vt scias cui misereris ego sū tyrus appolloni⁹ patrie mee princeps deprecor te auxiliū vite mee. piscator vt vidit speciem iuuenis mia motus illū exegit et duxit infra tecta domus. et posuit epulas quas habere potuit. et vt pleni⁹ sue pietati satisfaceret, exuens se tribunariū in duas partes diuidēs. vnā dedit iuueni dicēs Tolle quod habeo ꝛ vade in ciuitatē ibi inuenies forsitā q tui misereatur si non inueneris huc ad me reuertere. paupertas quecunqȝ sufficiat. Piscator ait illi. tantū admoneo te vt si quādo dignitati tue redditus fueris ne despicias tribunarīū paupertatē Appollonius. Si non memor fuero itērū naufragiū patiar, nec tui similem inueniā. ꝛ hec dicens demonstrata sibi via iter carpens portas ciuitatis igredit Dumqȝ cogitaret, vnde peteret auxiliū vite. vidit per plateam puerum nudum currentem oleo caput vnctū habentem sabano precinctum voce magna clamātē et dicētē. Audite oēs audite peregrinis serui: qui ablui vult pgat ginnasiū. Audito hoc appollonius exuens se tribunariū ingreditur lauachrū vtitur liquore. ꝛ dum singulos intuetur qrit sibi parem nec inuenit. ꝛ subito altistrates rex totius regionis ingressus est cuȝ turba famulo℞. Cū rex ludū cū seruis suis exerceret admisit se appolloni⁹ regi ꝛ decurrētē susulit sperā ꝛ subtili velocitate pcussā ludēti regi remisit. Tūc rex suis famul' ait Recedite h̄ est iuuenis vt suspicor mihi cōparādus ē appolloni⁹ Appolloni⁹ vt audiuit se laudari cō

stanter accessit ad regē. ⁊ accepto cyramocho docta manu circulauit eum cum subtilitate. Deide in solio gratissimo pouit eū ⁊ exeunte ab eo officio discessit. Dixitqꝫ rex ad amicos suos post discessū adolescentis. Juro vobis in veritate melius me nūqꝫ abluisse qꝫ hodie beneficio adolescentis nescio cuius / ⁊ respiciens vnū de famulis ait. Juuenis ille qui michi officiū fecit vide quis sit: et ille secutus iuuenē vidit eum sordido tribunario indutū. Reuersusqꝫ ad regē dixit. Juuenis ille naufragus est. Rex ait Unde scis Et ille. tacente illo habitus indicat eūm. Ait rex. Uade celerius ⁊ dic ei. Rogat te rex vt venias ad cenā. Appolonius vt audiuit acquieuit et cū famulo venit ad regem. Famulus prius ingressus ait ad regem. Naufragus adest. sed ꝑpter sordidū habitū introire verecundatur. Statimqꝫ rex iussit eū vestibus idui dignis et ad cenā ingredi. Ingressus appollonius triclinū regꝫ cōtra regē assignato loco discubuit infertur prandiū deinde cena regalis Appollonius cūctis epulantibꝰ non epulabatur. sed aurū et argentū ⁊ ministeriū regis diu flens intuebat. tunc vnus de discūbentibus ad regē ait. Nisi fallor iuuenis iste fortune regis inuidet. Rex ait. Male suspicaris fortune mee: non inuidet sed plura se perdidisse tristatur. et respiciens appolloniū hilari vultu ait rex. Juuenis epulare nobiscū et de deo meliora spera ⁊ dum hortaretur iuuenem subito itroiuit filia regꝫ virgo iam adulta. dedit qꝫ osculum patri suo deinde cunctis discumbētibus amicis. Que dum oscularetur singulos reuersa est ad patrem et ait. Bone paf. Quis est iste iuuenis qui contra te locum honoratum tenet qui multū dolet. Ait rex. O dulcis filia iuuenis iste naufragus est. et ginnasia michi gratissime fecit. propter quod ad cenam vocaui illum. quis sit nescio. sed si vis scire interroga eum: te decet omnia nosse. et forsitā dum cognoueris misereberis ei. Hec audiēs puella ad iuuenē accessit et ait. Carissime generositas nobilitatē ostendit si tibi molestum non est indica michi nomen tuum et casus tuos. Et ille. Si nomen queris in mari perdidi. si nobilitatem in tyro reliqui. Ait puella. Apertius dic vt intelligam. Tunc appollonius nomen suum et oēs casus exposuit. Finitis

sermonibus fundere lachry=
mas cepit. quem vt vidit rex
flentem ait filie. Nota dulcis
peccasti dum nomen et casus
adolescētis petiuisti. veteres
ei⁹ dolores renouasti. Dulcis
ergo filia ex quo iam scis veri
tatem iustum est vt libertatē
tuam quasi regina ei ostēdas
Puella vt audiuit voluntatē
patris respiciens iuuenē ait.
Noster es appolloni depone
merorem et a patre meo locu
pleteris. Appollonius cū ge=
mitu et verecundia grās egit
Tūc rex ait filie sue. Defer li=
ram vt cum cantu exhilares
conuiuiu; puella iussit sibi af
ferri lirā et cepit cū omni dul
cedine liram pcutere. oēs ea;
ceperūt laudare ꝛ dicere. Nō
potest melius nec dulcius au
diri inter quos solus Appol=
loni⁹ tacuit. Ait ei rex. Appol
loni fedam rem facis. omnes
filia; meā in arte musica lau
dant quare tu solus vitupas
At ille. Bone rex: si permittas
dico quod sentio: filia tua in
artem musicam incessit ꝛ nō=
dum didicit. Igit iubeas mi=
chi tradi liram ꝛ statim scies
quod nesciuisti. Rex ait. Ap=
polloni video te eruditum in
omnibus. iussit sibi tradi lirā
et egresso foras corona capi=
tis eū decorauit. accipiensq;
lirā intrauit tricliniu;: pulsa=
bat ante regem tanta dulce=
dine vt omnes nō appolloniū
sed appollinem crederēt. Di=
scūbentes cū rege dixerunt q
nunq̄ melius audissent nec vi
dissēt. Filia regis hoc audiēs
respiciens iuuenem capta est
in amorem eius. et ait ad pa=
trem suū. O pater permittas
me dare iuueni qd michi pla=
cet. Ait rex. permitto. Illa re
spiciens appolloniū ait. Ma
gister appolloni accipe ex in=
dulgentia patris mei auri du
centa talenta argenti libras
quadrigentas vestēq; copio=
sam: seruos viginti ācillas de
cem. quib⁹ ait. Afferte quod
promisi et presentibus amicꝭ
exposito triclinio iussu regine
allata sunt omia. Quo facto
leuauerūt se oēs et licentiati
discesserūt. Appollonius ait.
Bone rex miserorū misericors
et tu regina amatrix studiorū
et dilectrix philosophie vale=
te. et respiciens famulos q̄s
sibi regina donauerat ait. at
tollite famuli hec que michi
data sunt et eamus et hospi=
ciū queramus. Puella timēs
ne amatorem perderet tristis
est facta. respiciēsq; ad patrē
ait. Bone rex et pater optime
placeat tibi vt appolloni⁹ ho=
die ditat⁹ nō abscedat vt qd
illi donauimus a malis ne ra
piatur. Tunc rex festin⁹ iussit

sibi assignari aulam vbi hone ste quiesceret. Puella ho amore accensa inquietam habuit noctem. Mane vero cubiculũ patris adijt. quã vt vidit pater dixit quid est hoc q preter consuetudinem ita mane euigilasti. Puella ait. requiẽ habere non possum. et ideo carissime pater peto vt me tradas iuueni ad doctrinã dum q potero artem musicã & alia addiscere. Rex hec audiens gauisus est. iussit ad se iuuenem vocari. cui ait. Appolloni filia mea multum cupit artem tuam addiscere. ideo rogo te vt ei ostendas oia que nosti. & ego mercedem condignam retribuam. Et ille. Dñe parat' sum volũtati vestre satisfacere. Docuit puellam sicut ipse didicit. Post hec puella p nimio amore iuuenis infirmat. Rex videns filiam suã incurrisse egritudinẽ subito medicos vocauit. Illi vero venas & singulas partes corporis tangebant et nullam egritudinẽ inuenerunt. post paucos dies tres iuuenes nobilissimi q per longum tempus filiam in matrimonium petierãt regẽ vna voce pariter salutauerunt. qs intuens rex ait. qua de causa venistis. at illi. Quia sepi' nobis promisistis vni ex nobis dare filiam vestrã in matrimonium. propter quod hodie sic venimus. Ciues tui sum'. diuites et ex nobilibus parentibus geniti. et ido de tribus tibi elige quẽ vis habere generum. Rex ait. nõ apto tẽpore me interpellastis filia mea studijs vacat et ob amorẽ studiorũ imbecillis iacet. sz ne videar vob nimis differre scribite in codicillis vestris noia vra & dotis quãtitatẽ q transmittã filie vt ipsa eligat quẽ voluerit Illi hoc fecerũt. Rex accepit scripturam & legit signauitq et dedit appollonio dicens. Tolle magister has scripturas & trade discipule tue. Appollonius recepit scripturas et puelle portauit. Puella vt vidit quez diligebat ait. Magister quid est q solus introisti in cubiculũ. Appolloni' ait Sume codicillos qs tibi misit pater tuus et lege. puella codices apuit et legit tria noia petitorũ: piectisq codicillis respiciẽs Appol. dixit. Magister appolloni vtr nõ doles q alteri debeo in matrimonium tradi. Et ille Nõ: qz omne qd est tibi honor erit et cõmodum meum. ait puella. magister si me amares doleres. rescripsit et signauit codicillos tradiditq appollonio vt eos regi deferret et scripsit hec. Rex et pater optimẽ quoniã clemen

tia tua pmisit michi vt rescribam.rescribo. Illū naufragū volo in maritū habere. Rex cum legisset voluntatē puelle ignorans quē naufragum diceret respiciēs ad iuuenes ait quis vestrū naufragiū passus est. Unus ex illis noīe ardoni⁹ dixit. Ego passus sum naufragium. Alius ait. morbus te cōsumat. nec saluus nec sanus sis cum ego scio te coetaneum meum portā ciuitatis nunq̄ existi vbi naufragium fecisti? Rex cū nō inuenisset quis eorum naufragium fecisset respexit appolloniū dicens. Tolle codicillos et lege. potest enim fieri q̄ ego non nouerim tu intelligis qui presens fuisti. Appollonius acceptis codicillis velociter pcurrit. ⁊ vt sensit se amari erubuit. Cui rex ait. Appolloni inuenisti naufragū At ille p̄ rubore pauca dixit. Nā in hoc pōt notari sapientia ipsius appollonij. qm̄ iuxt verbū sapiētis. in multiloq̄o deest sapiētia. Un̄. j. Petri. ij. Christus vobis reliqt exēplū vt sequamini vestigia ei⁹ q̄ nūq̄ peccauit nec in ore eius inuētus est dolus. Cū s̄m psal. sicut ipse dixit ita ⁊ facta sunt quare ver⁹ israelita appellandus est in quo nō est dolus. vt dr̄ Joh. j. iō imitemur ipm̄ nō maledicēdo nec reddēdo maledictum pro maledicto. sed cohibeamus linguā nostrā vt semp benedicat. et sic erit instrumentum scribe velocit̄ scribentis. i. spūssancti dona sua repente infundētis: iuxta illō Factus est repente de celo sonus. ⁊c. Un̄. ij. Pe. i. Qui vult videre dies bonos coerceat linguam suam a malo. et labia ei⁹ ne loquātur dolū. hoc est non debet in seipso murmurare nec exterius malum pferre et sic poterit vitam quietam possidere hic in pace tēporali in futuro autem in pace eternali. Nam prima pax cōiter seruatur per hoc q̄ homo non prorumpat per linguā suam in verba contumeliosa proximorum suorum offensiua. et est principium pacis eterne. vnō psal. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Nā sicut hoīs boni et pacifice loquentis lingua dirigitur per virtutem dei sic lingua maledicētis per spiritus malignos tali famulantes iuxta illud. In orto nostro sedet alba spina super quam quiescunt aues. Per ortū eni istum debemus intelligere os nostrū duplici sepe circūseptū scȝ dentibus et labijs non ppter aliud nisi vt ponam⁹ ori custodiam ne nichil nisi quod in laudem dei vadat loquat̄. Spina autem in orto contēta

est ipsa lingua sic dicta simili
tudinarie. quoniã sicut spina
materialis pungit. sicut patz
Math. xxvij. Plectentes co=
ronam de spinis imposuerunt
capiti eius et sanguis eius p
pter nimiam cõpunctionẽ ip=
sarum spinaruz per suũ bene
dictũ corp⁹ effluxit. Sic etiaz
ipsa spina que dicitur lingua
compungit hominez nunc au
ferendo bonã famaz suã: nũc
de ipso mẽtiendo: nunc malũ
quod alijs incognituz est ma
nifestando. de quo singulari=
ter cauendum est. Aues autẽ
super ipsam spinam quiescen
tes sunt ipsi dyaboli qui ho=
minem ad tale vicium singu=
lariter inclinant vt eorum ef=
ficiatur minister. ideo de tali
dicent in extremo iudicio. di=
mitte nobis hunc hominem
iuste iudex qui tuus esse nolu
it per virtutez: noster effectus
est per maliciam. Cohibeat
igitur vnusquisqȝ linguaz suã
quod catho appellat primaz
virtutem. sed ad hystoriam re
deundo. Rex cum itellexit ꝙ
filia eum voluit alijs ait. Dũ
tempus fuerit veniã ad vos.
Illi valedicentes recesserunt
Rex solus intrauit ad filiam
suam et ait. Quem tibi elegi=
sti coniugem. Illa prostrauit
se cum lachrymis et ait. Pa=
ter carissime. naufragum ap=
pollonium peto. Rex cum la=
chrymas filie sue vidisset le=
uauit eam a terra et sic eam
alloquitur dicens. Nata dul=
cis noli de aliqua re cogitare
quia talem concupisti quem
et ego: vt enim vidi. quia et
amãdo factus sum pater diẽ
tibi nuptiarum sine mora cõ
stituam. Postera ergo die vo
cantur amici vicinarum vrbi
um ad regem quibus ait. Ca
rissimi filia mea vult nubere
appollonio magistro suo. Pe=
to ergo vt vobis omnibus sit
leticia. quia filia mea prudẽ=
ti viro sociatur. Hec igitur di
cens constituit diem nuptia=
rum que cito concepit. et duz
puerum in vtero haberet: ac=
cidit ꝙ cum ambularet cum
rege appollonio viro suo iux=
ta littus maris: vidit nauim
speciosam cognouit eam ap=
pollonius ꝙ esset de patria
sua: conuersus ad naucleru
ait. Unde venis. At ille. A ty=
ro. Appollonius ait. patriaz
meam nominasti. alter respõ=
dit. Ergo tyrus es tu. Et ille.
vt dicis Nauclerus ait. No=
sti aliquem patrie illius prin
cipem nomine appollonius.
Naucler⁹ dixit. Peto vbicũqȝ
illũ viderȝ dicas ei vt gaudeat
et exultet. quia rex antioch⁹
fulmine percussus est cũ filia
sua. Opes autem regni antio

chie reseruantur appollonio. appollonius vt hoc audiuit plenus gaudio ad coniugem suā ait. Peto itaq3 vt me abire pmittas ad pcipiendū regnū. Illa vt audiuit pfusis lachrimis ait. O dñe si in longinquo itinere esses cōstitut' ad partū meum festinare deberes. ⁊ modo recedere vis cū iuxta me sis. s3 si hoc velis pariter nauigemus. Et veniens ad patrē suū3 ait. O pater dilecte letare ⁊ ɔgaude q2 seuissimus rex antiochus vna cu3 filia sua dei iudicio fulmie pcussus est. opes autē ⁊ diademata nobis sunt reseruata. pmitte me nauigare cum viro meo. Rex autē exhilarat' naues iubet pduci in littus et omnibus bonis impleri. pptera nutricē eius noie ligozidē ⁊ obstetricē ppter partū eius simul nauigare precepit. ⁊ data pficiscendi copia deduxit ad littus osculaturq3 filiā. et generum nauigando. Sed cū per aliquot dies in mari fuissent surrexit tēpestas magna puella intantū infirmatur pcreās filiam q3 facta est quasi mortua. quod cum videret familia exclamabat voce magna et vlulatu. Hec audiens appollonius cucurrit et vidit cōiugem suam quasi mortuā iacentem vt ei videbatur scidit a pectore suo vestes profusis fletibus: iactauit se sup corpus eius et ait. Cara cōiux altisiratis filia qd respōdebo patri tuo p te. Et cū hoc dixisset dixit ei gubernator. Corpus mortuū nauis sufferre non valet. Iube ergo corp' in pelagu3 mitti vt possimus euadere. Appollonius ait ad eum. Quid dicis pessime. placet tibi vt hoc corpus in pelagus mittā quod me naufragum et egenū suscepit. Vocauit seruos et ait. Faciatis loculū et foramina ⁊ cū bitumine linite et sit carta plumbea intus posita ⁊ obturet. perfecto loculo regalibus ornamētis exornant puellā in loculo ponūt. ⁊ copiā auri ad caput eius ⁊ dedit osculū funeri fundēs sup eam lachrymas. tūc iussit infantē tolli et diligenter nutriri vt p filia neptē regi ostenderet: ⁊ iussit loculū mitti in mare cum maximo fletu. Tertia die vnda mar3 eiecit loculū ad litt' ephesorū a lōge a domo cuiusdā medici cerimonis noie qui cū discipul' suis eadē die in littore ambulauit. Tunc vidit loculū effusis fluctibus iacētē. ait seruis suis. Tollite hūc loculū cum omni diligentia ⁊ ad villā pferte. Qd cum fecissent medicus aperuit viditq3 puellam rega

libus ornamentis decoratam
et speciosam valde. Cuius pul
chritudinē oīs videntes de
eā multū admirabant: quo-
niā verus erat pulchritudīs
radius in qua natura nichil
viciosum cōstituit nisi q eam
immortalē non formauerat.
Crines nanq eius erāt niuei
candoris sub quibus reside-
bat frontis late planicies cu
ius nulla erat detestabilis ru
gositas. Oculi eni eius erant
quasi duorū siderū describen
tes orbis volubilitatē non ꝑ-
dū aspectibus erant modestꝭ
frenati stabilis animi ꝯstantiā
promittētes. palpebrarꝫ etiā
pili nō inhoneste naturā in ea
collocauerat. Nasus etiā ei9
rectitudinis sue lineā plenitu
dinis etiā decore possidebat
in geminas diuidēs maxilla-
rū partes. Nec ꝯgebat in su-
premū nimia lōgitudine nec
nimia breuitate correpta: sꝫ
decenti honestate q̄ntitate in-
cedebat. Cui9 collū radiis so
laribus cādidius speciosis or
natū clinodiis hoim aspecti-
bus mirabilē itulerat animu
iocunditatē. Corpus etiā nō
diminutū vel q̄ntitate mole su
perabūdās nequaq̄ quis in
ea censere ꝓposuit. ex cui9 pe
ctore brachia pulchritudis
tāq̄ ex arboris trūco rami ꝓ-
cedebāt quorꝫ digiti q̄ntitatē
debitā sibi assumpserant mē-
surā vnguiū fulgore non ꝑter-
misso. Cui9 summarie specio-
sitas nichil deformitatis sibi
admisceri cōpatiebat. in quo
pōt notari etiā singularis aie
sue ꝑfectio ꝑ potentiā diuinā
creādo sibi infuse cum actus
et potentia debēt adinuicē ꝓ
portionari. et actus actiuorū
non sunt nisi in patiente ꝓdi-
sposito. quare oīs pulchritu-
do corporis exterioris ab in-
teriori aie pulchritudine ꝓce
dit. Q̄re dr̄ q varia virt9 forme
molem sibi adaptat materie
Optima nanq aptatio est in
ter corpus et animā ipsius pu
elle. quā vt vidit q̄si mortuā
iacentē obstupuit et ait. O bo
na puella quare estis sic dere
licta. vidit subtus caput ei9
pecuniā positā: et sub pecunia
cartā scriptā et ait. Perquira
mus qd cōtinet in carta. quā
cum aperuisset inuenit titulū
scriptū. quicūq hunc loculū
inuenerit peto vt decē aureos
habeat et decē funeri ipendat
hoc eni corp9 multas lachry
mas reliquit parētibus et do
lores amaros q si aliud fece-
rit q̄ quod dolor exposcit vlti
mū diem incidat nec sit q ei9
corpus sepulture commēdet.
Perlectis aūt cartulis ad ser-
uos suos ait. Prestemus cor-
pori qd dolor exposcit. Iuro

vobis p spem vite mee in hoc funere amplius erogaturū q̄ȝ dolor impat. Continuo iubet parari rogū sȝ cū edificat at qȝ deponit̃ supuenit discipul⁹ medici adolescens: ⁊ q̄tū ad ingenium pertinet senex erat hic cū corpus speciosum sup rogū positū videret: intuens eū magister ait. Bene venisti. hac ei hora expectaui te. tol le ampulā vnguēti ⁊ q̄d supre mū est de funere supfunde se pulture. venit iuuenis ad cor pus: extraxit de pectore ve stes. fudit vnguentū tractum manu totū corpus ac precor dia viuere sēsit. Obstupuit iu uenis. palpat venas ⁊ indicia rimat̃ nariū labia labijs pro bat. sensit vitā cum morte lu ctantē: et ait ad seruos. sup ponite faculas per quattuor angulos lente et temperate. quo facto sanguis ille q̄ coa gulatus erat est liquefactus q̄d vt vidit iuuenis ait magi stro. Puella vero quā tu mor tuā dicis viuit. ⁊ vt facili⁹ mi chi possis credere experimen to satisfaciam. His dictis tu lit puellam ⁊ in cubiculū suū posuit sup pectus eius cale faciens oleū. Madefecit la nam et posuit sup corpus suū sic q̄ sanguis ei⁹ q̄ intus erat coagulatus repore liq̄factus est. cepitqȝ spūs p medullas descendere. Uenis itaqȝ pate factis aperiens oculos ⁊ reci piēs spm̄ ait. Qualis ergo es tu: Non tangas aliter q̄ȝ opꝫ tangere: qr filia regis sum et regis vxor. Iuuenis hoc audi ens gaudio plenus introiuit ad magistrū in cubiculū suū ⁊ ait. Ecce magister puella vi uit. Qui ait. Probo peritiam artem laudo / prudentiā mi ror / diligētiā audi discipline. Noli artis tue esse ingratus. accipe mercedē. Hec eni puel la multā pecuniam secum at tulit et iussit eam salubribus vestibus cibis etiā ⁊ fomētis optimis recreari. Post pau cos vero dies vt cognouit eā ex regio genere ortam esse ad hibitis amicis filiā sibi ado ptauit et rogabat ab ea cum lachrymis ne ab aliquo tan geret̃ iter sacerdotes Diane templo eam cū feminis misit vt inuiolabiliter seruaret̃. In ter hec vero duz appollonius nauigat cū ingenti luctu gu bernante deo applicuit thar so. et descendens a rati petijt domū stranguillionis et dioni siadis. quos cū appollonius salutasset oīs casus suos ex posuit dicēs. Cū dolore vtiqȝ magno mortua est cōiux mea tamē filia est seruata de qua gaudeo. Ideo sicut in vobis confido amissum regnū quod

michi seruatur accipere volo Necq ad socerū reuertar cui' in mari perdidi filiā. sed agā potius opera mercatoris vobis cōmendo filiam meam vt cū filia vestra philomacia nomine nutriat. vt filia mea vocet tharsia. Preterea vxoris mee nutricē Ligozidem noie curā tue puelle custodire volo hec dicens tradidit strangui lioni infantē. deditq auru et argentū ⁊ vestes copiosas et iurauit neq barbā neq capillos nec vngulas tonsurū nisi filiā suā prius dedisset in matrimoniū. At illi stupentes q tam grauiter iurauerat cum magna diligētia educaturos se puellā repromittūt Appollonius autē nauim ascendit ⁊ ad longinquas regiones ipse nauigabat. Interea vero puella tharsia expleto quinquēnio studijs liberalibus traditur vna cū philomacia filia eoꝝ coetanea sua. Cumq ad xiiij. ānos venisset reuersa de auditorio inuenit nutricē suā ligozidē subitaneā inualitudinē incurrisse. et sedēs iuxta eam cās infirmitatꝫ explorat Cui nutrix. Audi bona filia verba mea et in corde tuo reserua. Quē putas tuū patrē aut matrē vel patriā? Puella ait Patriā tharsum. patrē strāguilionē. matrē dyonisiadē. Nutrix ingemuit ⁊ ait. audi filia originē natalium tuorū vt scias quō post mortē meā agere debeas. Est tibi pater noie appollonius. ⁊ mater lucina altistratꝫ regꝫ filia. Que cū te pareret statim preclusa spū mortua est quā pr̄ tuus appolloni' effecto loculo cuz ornamentis regalibus in mare misit. et xx. sistercias auri posuit sub caput. vt vbicunq esset deuoluta ille in auxiliuz eius fuisset. Nauis quoq luctantibus ventis cum patre tuo lugente ⁊ te in cunabulis posita puenit ad hanc ciuitatē. his ergo hospitibus stranguilioni ⁊ dyonisiade vna mecum te ꝯmēdauit. Tyrus appolloni' votūq fecit nec barbam nec capillos nec vngues tonsurus nisi prius te nuptui traderet Nunc moneo si post mortē meam hospites quos parentes appellas iniuriam aliquā tibi forte fecerit ascēde in forum ⁊ ibi inuenies statuam patris tui stātē: apprehende illā et clama filia eius sum cuius est hec statua. Ciues vero memores beneficiorū patris tui iniuriā tuam vindicabunt. Cui tharsia. Cara nutrix deum testor si ista michi nō dixisses vnde essem penitus nescirem. ⁊ cum adinuicem loquerentur nutrix emi-

sit sponsi. Tharsia vero corpus
nutricis sue sepeliuit et per to
tum annum mortem eius lugebat.
Postea induit priorem digni
tatem petijt scholas ad stu=
dia liberalia. et dum de scho=
lis reuerteretur non prius cibum
sumpsisset antequam nutricis mo=
numentum introisset ferens am=
pullam vini ingrediebatur: et ibi
manens parentes suos voca=
bat. et dum hec agerentur qua
dam die dyonisiades cum fi=
lia sua philomacia transibat
per forum. Uidentes omnes ci=
ues speciem tharsie et ornamen=
tum dixerunt. Felix pater cuius
filia est tharsia. Illa vero que
adheret ei turpis est et dede=
cus. Dyonisiades vt audiuit
tharsiam laudari et filiam suam
vituperari conuersa in insaniam
furoris sola sedens secum cogi
tauit. Pater ex quo hinc profe
ctus est habet annos quattu
ordecim. non veniet ad recipi
endum filiam suam nec litteras pro
ea misit. puto quod est mortuus.
Nutrix eius mortua est. nemi=
nem habeo emulum. occidam eam
et ornamentis eius filiam meam
ornabo Et cum hec cogitasset
venit quidam de villa Theo
philus nomine quem vocans ait
Si cupis premium accipere thar
siam interfice. Ait villicus. quid
peccauit innocens virgo? Et
illa. Pessima est: et ideo michi
negare non debes. fac quod iu
beo: et si non feceris male ti=
bi eueniet. Et ille. Dic mihi do
mina qualiter hoc potest fieri.
Que ait. Consuetudo eius est
mox vt venerit de scholis non
prius sumere cibum quam nutricis
sue introierit monumentum.
vbi te cum pugione paratum
inueniat apprehende crines eius
a vertice et eam interfice et cor=
pus eius mitte in mare et li=
bertatem tuam a me cum magno
premio accipies. Uillicus tulit
pugionem gemens et flens ibat
ad monumentum et dixit. Heu
non merui libertatem nisi per san
guinis effusionem innocentis vir
ginis. Puella autem rediens de
scholis monumentum cum ampul
la vini intrauit sicut solebat
facere. Uillicus impetum fecit
et apprehendens crines puelle
iactauit eam in terram. Dum autem
volebat eam percutere ait ad eum
tharsia. O theophile quid pec
caui contra te vel contra aliquem vt
moriar? Ait villicus. Tu nichil
peccasti sed pater tuus qui te cum
magna pecunia et ornamentis
regalibus reliquit. Cui puella.
Pero domine vt si nulla spes mi=
chi est permittas me deum testa=
ri. Uillicus ait. Testare. Et deus
ipse scit quod coactus te interfi=
cio. Illa vero cum esset posita
in orone venerunt pyrate viden=
tes puellam sub iugo montis

stare ⁊ hoiem armatū volentē percutere eam clamauerit. Parce crudelissime barbare illa ē nr̄a preda non tua victoria. At ille vt talia audiuit fugiens post monumentū latuit i littore. Pirate vero rapuerūt virginē mare petūt. Uillicus rediit ad dn̄am ⁊ ait. Quod iussisti factū est. tu vero vt consulo induas te lugubrem vestem ⁊ ego tecū: ⁊ effundam⁹ lachrymas falsas in cōspectu ciuiū et dicem⁹ eam ex graui infirmitate defunctā. Strāguillio vt audiuit tremor ⁊ stupor eū inuasit et dixit. Da ergo ⁊ michi vestē lugubrē vt lugeā: qr tali scelere sū inuolutus. heu quid faciā. Pater puelle istā ciuitatē a periculo mortis liberauit. ꝓpter istā ciuitatem naufragiū ꝑtulit: bōa ꝑdidit ⁊ penuriā ꝑpessus: ⁊ restitutū est ei malū ꝓ bono. Filiā suaz quā misit nutriendā crudelis leena deuorauit. heu cecatus sum lugeā innocentē. Uictus sum ad pessimū venenosumq̄ serpentē. eleuās oculos ad celū ait. Deus tu scis quia mūdus sum a sanguine tharsie ⁊ requiras a dyonisiada Respexit vxorem suam et ait. Quod suffocasti filiaz regis inimica dei hominūq̄ opprobriū Illa vero induit se et filiam suam et lugubres vestes falsasq̄ lachrymas fuderunt coram ciuibus dicentes. Ciues carissimi ideo ad vos clamam⁹: qr spes oculorum nostrorū tharsia quam vidistis subito dolore defuncta est et nobis cruciatus et amaros fletus reliquit quam digne sepeliri fecimus Tunc pergunt ciues vbi figuratū erat ex promeritꝫ patris fabricatuz ex ere corpus vbi ciues tharsie virgini ꝑ beneficijs patris et⁹ sepulchruz ex ere collatum ferunt Igitur qui puellam rapuerant venerunt ad ciuitatez machilentā Deponitur ergo illa inter cetera mancipia venalis. Audiens eam leno infaustissim⁹ ac impurus contendere cepit vt eam emeret. Sed athanagora princeps eiusdem ciuitatꝫ videns eam nobilē pulchram et sapientē obtulit decē sistercias auri. Leno ait Ego dabo viginti. Athanagora ait. ego dabo triginta. Leno. Ego. xl. Athanagora. ego. l. leno. lxxx Athanagora. xc. Leno. Cētū sistercias in ꝑsenti dabo. ⁊ ait Si q̄s ampli⁹ decē sistercias auri dabo supra. Athanagora ait. Ego si cū lenone contēdere voluero vt vnā emā plures venditurus sum permittam eum emere. et cum prostituerit eam ad lupanar intrabo prius ad illam et eripiam

nodum virginitatis eius. et erit michi sicut si emerim eaȝ quid plura. Perrexit cū lenone in salutatorium vbi habuit priapū aureū ꝛ gemmis adornatum et ait. Puella adora istum. ait illa. Absit vt talem adorem. Et ait. Dn̄e numq̄d lapsatenus es tu. Leno ait. Quare. Et illa. quia lapsateni colunt priapum. Leno ait. Nescis tu misera quia in domum lenonis auari incurristi Puella psternens se ad pedes ait. O domine miserere virginitati mee ne prostituas hoc corpus pro tali turpi titulo. Cui leno. Nescis quia apud lenonē et tortorem nec preces nec lachrime valent. Tamen vocauit villicū puellarum et ait. Hec puella ornetur vestibus puellaribus p̄ciosis ꝛ scribatur ei titulus quicūq tharsiam violauerit mediaȝ librā dabit postea ad singulos solidos parebit populo. Uillicus fecerat quod iussum fuerat. Cum lenone antecedēte ꝛ turba tertia die cum simphonia ducitur ad lupanar. sed athanagora p̄nceps p̄mus igredit velato capite. tharsia autē videns euȝ proiecit se ad pedes eius et ait. Miserere mei domine propter deum et p deuȝ te adiuro ne me violes. resiste libidini tue et audi casus infelicitatis mee et originem vnde sim diligenter considera. Cui cū vniuersos casus suos exposuisset p̄ceps cōfusus ꝛ pietate plenus ait ei. Habeo ꝛ ego filiā tibi similem de qua similes casus metuo. Hec dicēs dedit ei. xx. aureos dicēs. Ecce habes amplius p virginitate q̄ȝ impositū est. dic aduenientib⁹ sicut michi dixisti et liberaberis. Puella profusis lachrimis ait Ego pietati tue gr̄as ago ꝛ ne alicui narres q̄ a me audisti Athanagora ait Nisi narrauero filie mee cum ad talem etateȝ peruenerit similē casum ne patiatur: ꝛ cū lachrymis discessit. Cui exeū ti obuiauit aliusꝛ ait. quomō tibi conuenit puella. Ait princeps. Non pōt melius. Erat enim tristis. Intrauit iuuenis Puella more solito ostiū clausit. Cui iuuenis. Quantū dedit tibi princeps. Ait puella quadraginta aureos. Et ille. accipe integrā librā auri. Princeps audiēs ait. Quāto plus dabis tanto plus plorabit. Puella nūmos accepit ꝛ p̄iiciens se ad pedes casus indicauit. Aporiat⁹ iuuenis ait Surge dn̄a hoīes sumus casibus omnes subiacem⁹. His dictis exijt. Uidit itaq athanagorā ridētē ꝛ ait illi. Magn⁹ hō es nō habes cui lachrimas ppi

neo nisi michi. Et iurabāt ne hec verba cuiq̄ pderēt ⁊ cepe rūt aduentū aliorū expectare. Uenerūt multi dātes pecuniā sed flentes exibāt. Postea obtulit lenoni pecuniaꝫ dicens. Ecce preciū virginitatis. Ait leno. Uide quotidie vt tātas pecunias michi offeras. Altera die adhuc eā virginē audiens irat⁹ vocās villicū puellarū dixit. Duc eā ad te ⁊ frāge nodū virginitatis ei⁹. Cui villicus ait. Dic michi si ṽgo es At illa. Quā diu vult de⁹ ṽgo sum. At ille. Unde tantam tulisti pecuniā. Puella ait. Lachrimis pfusis exponens casus meos rogaui homines vt miam virginitatis mee haberent. Et psternēs se ad pedes eius ait. Miserere michi dñe subueni captiue regis filie ne violes me. At ille Leno ē auarus nescio si possis virgo pmanere. Ait illa. Studiis liberalibus suꝫ erudita. ⁊ in gñe masculi possū modulari. Duc me in foruꝫ vbi poteris facūdiaꝫ meā audire. Propone q̄stiōes populo et ppositas soluā. In hac arte applicabo pecunias quotidie. At ille. Michi bene placet. Oīs ppl's cucurrit ad ṽginē videndā. At illa aggredit facundiā studioꝝ ⁊ q̄stiōes sibi pponi iussit. oēs clare soluit. ⁊ sic per talē modū multā pecuniam a populo recepit. Athanagora illā integra virginitate custodiuit vt vnicam filiam: ita vt eam donis multis villico cōmēdaret. Cū hec agerent venit appolloni⁹ decimoq̄rto āno iā trāsacto ad domū strāguiliōis ⁊ dionisiadis ad ciuitatē tharsim. Queꝫ cū vidisset strāguilio perrexit rabido cursu dixitq̄ vxori sue dionisiade. Dixisti appol. naufragum esse mortuuꝫ. Ecce venit ad repetendam filiam. Ecce quid dicturi sumus p filia Et illa. Miser vir et ego coniunx accipiamus vestes lugubres pfundamus lachrimas ⁊ credet nobis q̄ filia eius naturali morte defuncta est. Cū hec ita agerētur intrauit Appol. vt vero vidit eos veste lugubri indutos ait. Quare in aduētu meo fundistis lachrimas. Credo enim q̄ iste lacrime non sunt vestre sed sūt mee Ait mulier Nequaq̄. Utinaꝫ ad aures tuas alius ⁊ nō ego aut cōiunx mea diceret quod iam dicam. tharsia tua filia subito defuncta est. Appol. hoc audiens totū corpus ei⁹ contremuit. diuq̄ defixus stetit. tandem resumpto spiritu intuens mulierem ait. O mulier si filia mea defūcta est vt dicis nūqd ⁊ pecunia ac vestes simulq̄ perierunt. At illa Ali

qua sunt aliqua periersūt. Et dixerunt. Crede nobis. q2 cre didimus q filiā viuentē inue nires et vt scias nos nō eē mē titos habem9 testimoniū. Ci: ues eni nostri memores bñfici orum tuorū in primo littere ex ere collato filie tue monu: mentū fecerūt quod potes vi dere. Appollonius credēs eā defunctā esse ad famulos ait Tollite hec famuli ⁊ ferte ad nauem ego vadā ad filie mee monumentum. Legit titulū sicut superius est scriptum ste tit quasi extra se maledicens ppos ocl'os. ⁊ ait O crudeles oculi filie mee cernue non po: tuistis lachrimas fūdere. His dictis ad nauē perrexit et ait famulis suis. Proījcite me q̄: so in pfunditatē maris. cupio enim in vndis exalare spm̄ et dū prosperis nauigat tyrū re uersus subito mutatū est pe: lagus. ⁊ p diuersa mar̄ discri: mina iactabant. Oibus autē deum rogātib9 ad machilenā ciuitatē in qua erat filia sua tharsia venerūt. Gubernator aūt cū oibus magnū plausū dedit. Ait appol. Quis sonus hilaritatis aures meas pcus sit? Ait gubernator. Gaude dñe quia hodie natalitia cele brant. Appolloni9 ingemuit et ait. Et omnes diem festum celebrēt preter me. Sufficiat famulis meis pēa mea ac do lor. dono eis decem aureos et emant que voluerint et diem festum celebrent. Et quicūq vocauerit me vel gaudiū mi chi fecerit crura illorum fran gi iubeo. Dispēsator itaq ne cessaria tulit et rediit ad na: uem. Cum igitur omibus na uibus nauis appol. honorati or esset cū magno cōuiuio ⁊ ce teris melius celebrant naute appol. Athanagora qui thar siam diligebat iuxta nauem i littore ambulabat. vidit na uem appollo. ⁊ ait. Ecce ami ci nauis ista michi placet. q2 video decenter esse paratam Naute vt audiūt suam nauē laudari dixerunt ei. O dñe ro gamus in nauem nostrā ascē: datis. Et ille. Michi placet. Ascendit et libenti aio discu: buit. Posuitq decem aureos in mensa et ait. Ecce non fru stra me inuitaueritis. Et dixe runt Domine regratiamur vo bis. Cū autē princeps vidiss omnes discumbentes ait. q's est dñs nauis Ait gubernator Dñs nauis in luctu moratur iacet infirmus⁊ oportet mori in mari cōiugē perdidit et fili am in terra aliēa. athanago: ra ait vni seruo ardalio nomi ne. Dabo tibi duos aureos tā tum descende ⁊ dic ei. Rogat te princeps ciuitatis hui9 pro

cede de tenebris ad lucē. Ait
iuuenis. Non possum aureis
tuis crura reparare. quere ali
um. quia iussit quicunqꝫ eum
appellauerit crura eius fran
gantur. Athanagora ait. hāc
legem vobis cōstituit non mi-
chi. Ego autem descendā ad
eum. dicito michi quomō vo-
catur. Ait illi. Appol. audito
hoc noīe ait intra se. ꝛ tharsia
appellauit patrē suū. appol.
descendit ad eū. quē vt vidit
barba plixa caput squalidū
submissa voce dixit. Aue ap-
pol. appollonius vt audiuit
putans se ab aliquo seruorū
appellari turbulēto vultu re-
spiciens vidit ignotum hoīez
honestū et decorū ꝛ siluit. ait
ei princeps. scio te mirari ꝙ
ego ignotus te appellaui. di-
scee quia princeps sum huius
ciuitatis athanagora noīe
descendi ad littus naues con
uenīēdas inter cetera vidi na-
uem tuā decenter ornatam et
amaui aspectū tuū. inuitat⁹
erā a nautis tuis. ideo ascēdi
et libenti aīo discubui. inq̄siui
dn̄m nauis quē dixerunt in lu
ctu grādi esse ꝓpter quod ad
te descendi vt te de tenebris ꝓ
ducerez ad lucem spero quia
dabit tibi de⁹ post luctū gau-
dium. Appol. leuauit caput
suum et dixit. quis es dn̄e va
de in pace. ego autē nō suz di-
gnus epulari. ꝛ ideo amplius
viuere nolo. Athanagora cō-
fusus ascēdit in superiora na
uis et dixit. non valeo ꝑsuade
re dn̄o vr̄o vt ad lucē exeat qd
faciā vt reuocetur a ꝓposito
mortis. Uocauit vnū de puerꝭ
suis ꝛ ait. Uade ad lenonē ꝛ ro
ga eū vt mittat ad me tharsi-
am. hꝫ eñi sapientiā ꝛ sermonē
suauē. poterit eum forsitā ex-
hortari ne talis taliter moria
tur. Uenit igitur puella ad nā
uim ad quā ait athanagora.
Ueni ad me tharsia vbi nunc
est ars studiorū tuorū vt cōso-
leris dn̄m nauis ī tenebris se-
dentē ꝛ vt ꝓuoces eū exire ad
lucē. qꝛ nimis dolet ꝓ cōiuge
et filia sua. Accede ad euz vt
ad lucē veniat. qꝛ forte deus
per te luctū suū in gaudiū cō-
uertet. Si eni hoc poteris fa-
cere dabo tibi. xxx. sestercias
auri ꝛ tot argenti. ꝛ ꝑ. xxx. dies
redimam te a lenone. Puella
hoc audiēs cōstanter ad eum
descēdit ꝛ humili voce saluta
uit eū dicēs. Salue q̄cunqꝫ es
ꝛ letare scias qꝛ innocēs ꝟgo
q̄ ꝟginitatē suā inter naufra-
gia sua et castitatē inuiolatā
obseruauit te salutat. tunc in
carminib⁹ cepit modulata vo
ce cantare et in tanta dulcedi
ne ꝙ admirabat̄ appolloni⁹ ꝛ
dixit cātando ea q̄ hic sequūt̄
ꝑ scorta gradior sed scorti cō

scia non sum. Sic spinis rosa nescit violari ter vllis. Corruit et raptor gladiū ferientis ab ictu. Tradita lenoni nō sum violata pudore. Vulnera cessassent animi: lachrimeqȝ deessēt. Nulla ergo melior si no scā certa parentes. Unica regalis generis sum stirpe creata. Ipsa iubēte deo letari credo aliquādo Fuge mō lachrimas curā dissolue modestam Redde polo faciem mentēqȝ ad sidera tolle. Jam deus est hoim plasmator rector et auctor. Nō sinet has lacrimas casso finire labore. Ad hec appol. leuauit oculos et vt puellaȝ vidit ingemuit et ait. Heu michi misero q̄ diu luctabor gratias ago prudentie tue et nobilitati. Hanc vicē repēdo vt memor tui sum qn̄ letari licet regni mei virib⁹ leuabor. Forsitan vt dicis regio genere orta es: natalibus parentum tuorū representaberis. Nūc accipe centū aureos et recede noli me appellare. Recenti eni luctu renouata calamitate tabesco. Puella acceptis aureis abire cepit et ait ad eam athanagora. quo vadis tharsia. sine fructu laborasti. non potuisti facere misericordiā ac subuenire homini interficiēti se. Et ait tharsia. Oīa q̄cunqȝ potui feci. et dans michi centū aureos abire rogauit Athanagora ait. dabo tibi ducētos et descende et redde ei quos dedit et dic salutē tuā quero et non pecuniā. Descendens tharsia ait et sedit iuxta euȝ. Si in isto squalore estimasti manere: pmitte me tecū sermocinari. Si ergo parabolaruȝ mearum solueris questionē: vadam. sin alias refundam tibi pecuniam et recedam. Tūc appol. ne reciperet pecuniam sed etiam puelle prudenti negaret sermones ait. Lȝ in malis meis nulla cura mihi suppetat nisi flēdi et lugendi tamen ne ornamento prudentie tue careant dic que michi interrogatura es et abscede. Peto eni vt fletibus meis spacium tribuas. Ait tharsia. Audito me. ē domus in terris que nobis clausa resultat. Ipsa domus resonat tacitus sed non sonat hospes. ambo cōcurrūt hospes simul et domus vna. et ait. Si rex es vt dicis cōuenit te esse michi prudentiorē: solue questionem. Ait appol. Ne scias me esse mentitū domus que in terra resonat vnda est. hospes tacit⁹ piscis est q̄ cū domo sua currit. At illa. Lōga feror velox formose filia silue Innumera pariter comitū stipāte caterua. Curro vias mul-

tas vestigia nulla reliquo Ap
pol.ait. Si licitū esset ostēdā
tibi multa q̄ nescis cū rn̄debo
q̄stionibus tuis.miror te tam
tenera etate mirifica pruden
tia esse imbutā. Nāq̄ arbor sti
pata cateruis vias multas cur
rens ⁊ vestigia nulla relinquēs
nauis ē.⁊ addidit puella Per
rotas et edes innoxius ille ꝑ
transit.est calor in medio ma
gnus quē nemo remouit. Nō
est nuda domus nudus sꝫ cō
uenit hospes. Si luctū pone
res inocēs itrares i ignes. Ap
polloniꝰ ait. Intrarē balneū
vbi hicinde flāme ꝑ tabulas
surgūt. Nuda domꝰ in qua ni
chil est nudus hospes ꝯuenit
et nudus sudabit Cumq̄ hec
et similia dicerent puella mi
sit se super appol. ⁊ distractis
manibus euꝫ amplexabatur
dicens ei. Exaudi vocem dep̄
cantis respice virginē q̄ virū
talis prudentie mori nefariū
est. Si coniugem quem desi
deras deus ex sua gratia tibi
restituat. si filiam saluā quaꝫ
defunctā dicis inuenire pote
ris. pre gaudio oportet te vi
uere. Appol.cum hec verba
audisset in iracundiaꝫ versus
est.surrexit et puellam cuꝫ pe
de percussit. Impulsa vero ce
cidit virgo ⁊ genis eiꝰ ruptis
cepit sanguis effluere. contur
bata vero cepit flere et dixit.
O deus conditor celorum vi
de afflictionem meā nata suꝫ
inter fluctus et procellas ma
ris.mater mea doloribꝰ cōstri
cta defuncta est et sepultura
est ei negata in terris ornata
a patre meo et in loculo posi
ta cū viginti sistertijs auri ma
ri tradita est. Ego vero infelix
stranguilioni ⁊ dyonisiade im
pijssimis hominibꝰ a patre meo
sum tradita cū ornamentis ⁊
regalibus vestibus ⁊ iussa suꝫ
a seruis eorū occidi. tādē peti
ui vt deū inuocarē anteq̄ me
occideret quod michi cōcessit
Piratis superuenientibꝰ capta
sum et q̄ me occidere volebat
fugam petijt et in hūc locum
deducta.et deꝰ quando ei pla
cet me reddat patri meo ap
pollonio. Appollonius audi
ens oīa hec signa certissima
exclamauit voce magna ⁊ ait.
O dn̄e misericors q̄ conspicis
celum et abyssum et omnia se
creta patefacis benedictum
sit nomen tuum. Cum hec au
disset cecidit super amplexus
tharsie filie sue et osculatus ē
eam cum leticia et pre gau
dio fleuit amare et ait. o dul
cissima nata mea et vnica di
midiū anime mee non moriar
propter te.inueni ꝑpter quaꝫ
volui mori alta voce clama
bat dicēs Currite famuli curri
te amici currite oēs ⁊ miserie

Carissimi Per istū militē deū intelligere debemus qui multa bella fecerat. Primo in celo quādo demones expulit sicut scriptum est. Factuȝ est preliū magnū in celo. Deinde in terra sepius quādo pharaonem ꝛ exercitū eius ꝓiecit in mare. Et i parasceue ꝛ hoc totum ꝓpter amorem puelle id est anime. Deinde tiriuȝ secum duxit/id est hominem assūpsit vt infideles.i.vicia de regno corporis expelleret et virtutes plantaret. tyriuȝ/id est moysen constituit vt populum suum ad vitam rectitudinis duceret. Deinde guido de terra sancta venit quādo filius dei de celo descendit et tyrium vagantem/scilicet totum genus humanum in via perditiōis inuenit: quia quot quot ante eum venerunt ad inferna descenderunt. dormiuit in gremio nostro quando nostram humanitatem assumpsit de virginis vtero. Mustella exijt et montem intrauit ꝛc̄ id est Johannes et alij ꝓphete de eius aduentu prophetabant. in montem/id est in mūdum intrauerunt verbum dei ꝑdicādo sicut testat̄ de Johe Ecce mitto angeluȝ meū ꝛc̄. post hec redijt ad xp̄ȝ cū dixit Ecce agn⁹ dei. Xp̄s ꝟo inuenit draconē mortuū/scȝ legē antiquā occultatā ꝑ cerimonias

et cum in ea thesaurū inuenit scꝫ decem precepta q̄ homini dedit cū gladio p̄tātis diē latuit quē sibi retinuit sicut scriptum est. Judiciū meū alteri nō dabo. Per istuꝫ gladiū plebeū tyrānū īterfecit qui tyriū .i. hoīem ab honore ⁊ diuitijs priuauit qn̄ primū patrē trāsgredi fecit pugnauit fortiter in campo istius mūdi et p̄ynā virginem .s. beatā virginē mariaꝫ armis humanitatis erat armatus. Sed septem filij .i. ꝓpter septem peccata mortalia de celo descēdit ⁊ cū eo semper fuit et in mare istius mundi ꝓiect⁹ vbi piscator .s. sp̄ūssanctus sup̄ eū descendit et semp̄ cū eo fuit: et in fine dyaboluꝫ deuicit ⁊ victoriā regi .i. p̄ri celesti presentauit: et sic ad terrā suā .i. celū se transtulit ⁊ nobis anulū fidei sue reliquit ꝑ quam poterim⁹ ad eternā patriam ꝑuenire. Guido cuꝫ ad patriā suā venerat incognit⁹ erat. sic fili⁹ dei in celū ītrauit parētes sui .s. angeli aliq̄ qualis esset penitus ignorabant. Unde dicebant. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibus de bosra. Unde debemus patrem nostrū osculari .s. orationem et infundere: quia ip̄e pater noster est. Unde deut. Anteq̄ꝫ esses ipse est pater tu⁹ ⁊c. Studeamus ergo patrem nostrum xp̄m sequi per opera nře et per consequens veniemus ad eterna gaudia.

¶ De sarcinis ⁊ grauaminibus mundi ⁊ gaudijs celi. Capitulum. clxxiij.

Accidit semel q̄ rex q̄dā ad nundinas perrexit ⁊ secum quendam magistrum cū discipulo suo duxit qui stātes in foro octo sarcinas viderunt venditioni expositas De quarū prima discipulus magistrū interrogauit. quale preciū. paupertas .s. ⁊ tribulationes propter deum requireret qui sit. Regnū celorū. Discipulus. grande preciū ē. Amoueat secundam et videamus quid intus habeat. Magister Mansuetudinem. Beati inq̄t mites. Discipulus Preclara res et deo digna mansuetudo cuius precij est: Magister Nō dabitur aurum obrisum ꝓ ea nec appendetur argentū ꝓ cōmutatione ei⁹: sed terrā re q̄ro non nisi terram desidero ꝓ ea Disci. Ab india vsq̄ ad britāniā terra spaciosa est et cultoribus indiget. accipe q̄tū placet. Magister. Nequaq̄. hec terra est morientium que deuorat habitatores suos. moriuntur in ea homines. ego vero quero terram viuentium. Discipulus. Quid perpendo q̄ moriūtur et tu inuitus mo-

rieris. viuere vis ineternum.
Ecce beati mites qm̄ ipsi pos
sidebunt terrā. Tertia q̄d cō
tinet. Magister. Esuriē ꝛ sitim
Disci. Quomō possunt hec cō
parari? Magister Justicia illi
nomen est. Beati qui esuriunt
et sitiunt iusticiā qm̄ ipsi satu
rabūtur. Disci. Saturaberis
ergo et proueniet tibi iusticia
si non interfuerit negligentia
Quarta quid cōtinet. Magi=
ster. Lachrymas fletus ꝛ plo
ratus. irriguū superi⁹ ꝛ irrigu
um inferius. Di. Luctus ꝛ fle
tus non solent emi. redimi tn̄
quia hoc preciū desiderāt sā=
cti. Beati q̄ lugēt: qm̄ ipsi con
solabuntur. Quintus ille sac=
culus quid habet? Magister.
Rem preciosam miam quā ti
bi placere perpendo. Ne te ꝑ
traham ꝑ mia volo miam. ꝑ
tēporali eterna. Discipulus.
Non es bonus rerum arbiter
Pro tēporalib⁹ em̄ nunq̄ acci
pies eterna nisi pro te ageret
misericordia. Ipsa tamen flet
tibi secūdū fidem tuam. Et
beati misericordes qm̄ ipsi mi
sericordiam consequent. Sed
iam paupertatib⁹ et miserijs
et tribulationibus abūdam⁹
Reuolue sextum si forte quid
melius contineat. Magister.
Plenus plane sed hoc non a=
mat publicum vt purpur. sed
in secreto cubiculo videbitur.
ibiq̄ de premio eius taxabit
Disci. Examinati sumus. q̄d
nam est modo. Magister Mū
dicia est cordis preciosa ibi et
vasa aurea ꝛ argentea cōtinē
tur/scȝ Pietas. bonitas. mia.
charitas et gaudiū in spiritu
sancto. Hinc preciosa illa pal
lia explicabūt vt sūt lectiōes
meditatiōes orones. cōtēpla
tiones. Judicia dn̄i vera iusti
ficata in semetipsa. desidera=
bilia sup aurū et lapidē ꝑcio=
sum multū. Discipulus In cu
stodiēdis illis retributio mul
ta. Pete igitur q̄d vis. Magi
ster. Uisionē dei. Discipulus.
Beati ergo mundo corde: qm̄
ipsi deum videbunt. Euolue
septimum. Magister. pacē cō
tinet. Discipulus. pacē tuam
michi venditurus es. Magr̄.
Non mee expedit paupertati
nec tue iusticie cōpetit nec de
cet diuitias tuas vt gratias
a me aliquid accipias sed iā
te in omnib⁹ largiente abūdo
Unde quid superest. Hō sum
rusticus et ignobilis et de lu=
to factus ꝛ de limo terre com=
pactus. tedet me ignobilita=
tis mee. nolo michi vlterius
improperari. terra es et in ter
ram ibis Sed potius volo mi
chi dici celum es et in celum
ibis. sortem filiorum dei desi=
dero: filius dei esse cōcupisco.
Dis. Dixi fateor nec diffiteor

Beati pacifici qm̄ filij dei vocabuntur. Si igitur filiorum seruas caritatem paternā habebis hereditatē. Iaz vltima restat sarcina explica eā. Magister. Non habet nisi tribulationes et psecutiones p iusticia. Discipulus. Et qd p his exigis. Magister. regnuz celorum. Discipulus. Iam p premio vel precio paupertatis idē concessi. Magister. Utiqz sed mensis ex mense: sabbatuz ex sabbato. erras desiderio p̄senti hebdomada vel mēse quod recidiuum est expecto. Disci. Miror in negociando prudentiam tuam: et nunc audi. Serue bone et fidelis quia supra pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā intra in gaudiū dn̄i tui. Labores manuū ꝛc.

¶ Quod natura docet nemo tollere pōt. et de taliōe ingratitudinis. Capitulum. clxxiiij.

Quidam imperator post meridiem ad venandū equitabat. Accidit q transiret per quandam siluam et inuenit quendā serpentem a pastoribus captum ꝛ ad arborē fortiter alligatuz. serpens vero horribiliter clamabat. Imperator pietate motus soluit eum et in sinu posuit vt eum calefaceret Cum autem esset calefactus incepit eum mordere et venenuz suum in eum effūdere. ait imperator Quid facis. cur malū pro bono reddis? Data est vox serpenti vt quondam asine balaam ꝛ ait Quod natura docet nemo tollere potest. Tu fecisti quod in te fuit. Ego vero secūdū naturam meā feci Tu ostendisti michi omnez hūanitatē quā potuisti. ego vero reddidi tibi omne qđ in me est. Venenū obtuli qz nichil aliud q̄ venenū habui ꝛ semper ero inimicus homini: qz ppter hoiem sum punitus ꝛ maledict9. Illis sic ꝯtendentibus vocat9 est qdā philosophus vt inť eos iudex esset et iudiciū rectū discerneret. Ait philosophus. Ista solum per relatuz ꝛ dictū vestrū audio. sed si viderē ipsaz rē de qua dicitis iudicarē. volo vt serpēs ligetur ad arborē pariformiter sicut prius ligatus fuit ꝛ dn̄s imperator sit liber tunc iudicabo p vtraqz parte Quod et sic factū est. Tūc ait philosophus serpenti. Iaz es ligatus soluas teipm̄ si potes et recedas. Ait serpens. Non possum: qz tam fortiter ligat9 sum vt vix me mouere valeā. Ait philosophus. Morieris ergo iusto iudicio quia semp ꝛ vsqz modo ingratus fuisti homini et semper eris. Post hoc conuertit se ad imperatorem

et ait. Dñe iam liber es vene nū de sinu tuo excutias ⁊ per geviam tuam ammodo de tali fatuitate te nō intromittas quia serpens nichil aliud potest facere nisi quod natura ei dedit. Imperator hoc audiens ꝺdit gratias philosopho qui tam rectum iudicium dedit et abscessit.

¶ Moralisatio.

Charissimi. Iste imperator pōt dici q̄libet bon⁹ xpianus ⁊ vir ecclesiasticus sicut est ille bonus ꝑlatus qui habet cōtinue venari circa salutem animaꝝ. Unde oportꝫ ꝙ transeat per siluam. Ista silua mundus dicit in quo inuenit serpentē ligatū. Serpens est dyabolus q̄ per xpi passionē intantū est ligatus ꝙ nihil potuit nisi ꝑmissiue hoc est inquantuꝫ homo qui est libere voluntatis eum tēptare permittit et ei consentit. miser vero homo nō premeditans de futuris soluit dyabolū ⁊ inuenū suū ponit quotiens in peccato mortali iacet et in eo delectatur. Quid ergo facit dyabolus? Certe proiicit venenū in corde illius hominis. venenū dyaboli est peccatū peccato addere ⁊ malū malo cumulare. Isto veneno plures hodiernis temporibus inficiunt Quidam cum sint in peccato luxurie non solū apud se icōtinentes sunt sed et alios malo exemplo ad simile peccatum inducunt. Alij venenū illud pessimū a faucibus dyaboli diffusum detractionis. s. ita abundāter recipiunt ꝙ se cum seipsos intoxicatos conspiciunt: non ad clamorē alicuius adiutorij per confessionē vociferant. sed vt alij ad venenū hoc hauriendū ac alijs ministrandū vlteri⁹ accedant De istis detractoribus psal. ait. Uenenum aspidū sub labijs eoꝝ. Item alibi. Lingua eorūꝫ gladius acutus. Istud venenū est ita detestabile. ꝙ vix aliquod malū veneno detractionis comparari potest. Unde ambro. ait. Deteriores eni sunt q̄ bonam famā alijs surripiūt q̄ꝫ q̄ bona eoꝝ violēter rapiunt. bona autē possūt eis restituere: famam autem nunq̄ꝫ. melius enim est nomē bonum q̄ꝫ vnguenta preciosa Inimicus ergo noster dyabolus peccati venenum semper in nobis fundere studet: quia natura sua mala est ⁊ ergo bonum facere nō potest. ⁊ inimicitie sūt īter dyabolū ⁊ hoīeꝫ ab initio. Sed peccator dyabolū ligatū soluit qñ peccatū immissum ꝑ tēptationē opere perficit. Solutiōe facta inimicū suūꝫ in gremio fouet qñ

peccatum ꝯtinuatur ⁊ pecca tor p ꝯsuetudinē in eo manet quod graue est et ad vltimuꝫ in desperationis baratrū im= mergit et subducit. Pastores qui istū serpentē.i.dyabolum ligabant sunt ꝓphete/patri= arche/apostoli/et alij moder ni eccl'e doctores ⁊ ꝑdicatores q̇ eū vinculo lingue eoꝝ ita li gant ꝙ potestatem nullā exer cere pōt. et per vitam sanctā et opera mie et cū dñica ora= tione potestatē ei oēs subtra= hunt. Sed miser homo qui nō timet deum contra dyaboluꝫ non pugnat nec eū ligat. sꝫ vt potius eum soluat pctā mor= talia cōmittendo et in gremi= um eū recipiens fouet et tunc est plenus veneno peccati in corpore ⁊ anima. Si ergo desi deras liberari voca ad te phi losophum.i.discretum confes sorem qui habet iudicare int te et diabolū q̇ scit discernere inter lepram et lepram. inter peccata et peccatorum gene= ra. cui pandas cor tuuꝫ. Sed null⁹ poterit iudicare nisi pri us dyabolus sit ligatus. Et quomō debet ligari: certe tri= plici cathena.s.contritionis. confessionis/et satisfactionis quia teste ps. Cor contritū et humiliatum deus non despi= cies. quia non vult mortē pec catoris sed magis vt ꝯuerta= tur et viuat. Propterea pec= cator hanc triplicē cathenaꝫ quotiēscūq3 sibi aliquod pec catum obijcitur ad collū dya boli debet extendere et euꝫ sic ad desistēdum cōpellere. Ad= uersarius iste est qui tanq3 leo rugiens circuit querēs quem deuoret. ideo humano generi aduersatur: quia locum vnde ipse cū socijs suis per pecca= tum cecidit vt peccatis reno= natis homo similiter eundeꝫ amitteret et gratiā celestium non obtineret quare oīa pec= cata quāq3 minima et per cō= fessionem nō deleta ad facieꝫ nobis ostēdet in extremis. ꝑ= pterea huius cathene capia= mus partem secundā ⁊ ad col lū eius ligemus vt sic vinctuꝫ ducere poterimus per cōfessi= onem qui in nostram ꝑpetuaꝫ laborat cōfusionē. Tunc con= fessor dabit nobis remediū sa lubre de tertia parte istius ca thene.s.penitentie et satisfa= ctionis et dicet. Jam liberat⁹ es a dyabolo vade i pace. hoc est noli amplius vnq3 peccare Rogemus ergo dominum no= strum iesum xp̄m.⁊c.

De diuersitate ⁊ mira= bilib⁹ mūdi cū expositiōe inclusa. Capꝫ. clxxv

Narrat Plinius ꝙ aliqui homines sūt canina ca= pita habentes qui cum latra

tu loquuntur et vestiunt pellibus a[n]i[m]aliu[m]. Tales significa[n]t predicatores. qui quide[m] om[n]s animaliu[m] pellibus debent vestiri .i. aspera penitentia propter bonu[m] exemplu[m] aliis dandum indui debent. Item in india sunt homines qui tantu[m] vnu[m] oculu[m] sup[er] nasum habent in fronte. et carnes animalium comedunt. Isti enim designant homines qui tantum vnu[m] oculu[m] rationis habe[n]t. s. quo in fronte vtunt[ur] et non voluntate. Ite[m] in libia sunt aliq[ue] femine sine capite os [et] oculos habe[n]tes in pectore. Tales e[nim] femine designa[n]t homi[n]es qui volunt humiliter obedire ex corde no[n] habentes pectora leuia. Et quicquid extrinsecus faciendum est in opere prius bene et prude[n]ter deliberauit in corde. In oriente enim [contra] paradisu[m] terrestre sunt homines nichil omino comedentes quia os tam modicu[m] habent vt calamo potum suma[n]t. De odore enim pomo[rum] [et] floru[m] viuu[n]t. Ex odore etia[m] malo subito moriunt[ur]. Isti quide[m] ho[m]i[n]es etiam designa[n]t claustrales q[ui] precipue co[n]tra cibu[m] [et] potu[m] debe[n]t sobrii esse et hoc est modicum os habere. Et cu[m] calamo .i. cum discretione sumere cibum et potu[m]. Tales eni[m] debent ex odore pomo[rum] [et] floru[m]

id est preceptoru[m] et bonoru[m] virtutu[m] sp[irit]ualiter viuere. [et] sic aliis hominibus modu[m] viue[n]di in castitate et parsimonia [et] ceteris virtutibus p[re]bere. S[ed] de odore malo .i. peccato cito moriu[n]tur. q[uia] q[uam] cito pct[u]m per petratur ho[mo] [christ]o saluatori nostro moritur. Ite[m] ibide[m] etiam sunt ho[m]i[n]es sine naso facie plena. et quicquid vident hoc totum bonu[m] puta[n]t. tales eni[m] homines designant stultos sine naso discretionis. ita q[uod] totu[m] eis bonu[m] esse videtur q[uod] vide[n]t et ipsi faciunt. Sunt etiam et ibidem homines habe[n]tes nasum et labium inferius ta[m] lo[n]gum q[uod] totam facie[m] cooperiu[n]t dormientes. Tales quide[m] homines designa[n]t iustos qui habe[n]t inferius .s. ad mundu[m] magnum labium co[n]siderationis attendentes mundi vanitate[m] detractionis et mendacii. tamen per labium custodie protegunt totam faciem .i. tota[m] vitam per inge[m] meditatione[m] ne in peccatis dormia[n]t. In sichia sunt ho[m]i[n]es habentes ta[m] magnas aures vt tegunt per illas totu[m] corp[us]. Hi designa[n]t illos qui libenter audiu[n]t verbum dei per quod p[ro]t[egu]nt anima[m] et corpus a peccatis custodire. Item aliqui sunt qui vt pecora a[m]bulant. Et signa[n]t illos qui nec deum nec sanctos ei[us]

honorant. sed vt pecora et iu
menta irrationalia de pecca-
to in peccatum ambulāt. Cō-
tra quos dicit ps. Nolite fie-
ri sicut equus ⁊ mulus in qui
bus nō est. ⁊c. Item aliqui ho
mines sūt cornuti naso breui
pedibus caprinis. Tales sūt
superbi qui in oī loco cornua
superbie ostendunt et habent
paruū nasum discretiōis ad
salutem propriam se habent
pedes caprinos currendo ad
luxuriam. Caprea enim velocis
simi cursus est et ad ascensū
prona. Applica ad superbos.
In ethiopia sunt homīes tm̄
vnum pedē habentes tante
tamen velocitatis sunt: vt be-
stias currendo insequant. Hi
sunt illi qui habēt vnū pedē
perfectionis erga deum et p-
ximum. s. pedē caritatis. Ta-
les sunt veloces versus regnū
celeste. In india sunt pigmei
duorum cubitorū in lōgitudi
ne. equitantes sup hircos ⁊ cū
gruib⁹ preliātes. Hi designāt
illos qui parui sunt in lōgitu
dine bone vite inchoātes ⁊ nō
perseuerantes et non viriliter
contra grues. i. viciorū sordes
pugnāt. In india etiā sūt ali-
qui homines sex manus ha-
bentes nudi et pilosi in flumi
ne morantes. Hoīes cum sex
manibus designant studiosos
qui laborant vt vitam eternā
obtineant. ps. Anima mea in
manibus meis semp. Per ho-
mines nudos intelligunt pec-
catores virtutibus spoliati q
morantur in flumine istī⁹ mun
di. Ibidem sunt hoīes in ma-
nibus et pedibus sex digitos
habētes: p septimanā ab om
ni pollutione peccati se custo-
diunt et diem septimum oīno
celebrant et totaliter sanctifi
cant. Et mulieres cū barbis
vsq3 ad pectus sed capite ea-
rum plano. Iste designant ho
mines iustos planā viam mā
datorum ecclesie obseruantes
qui amore vel odio non flectū
tur. In ethiopia sunt homīes
quattuor oculos habentes ⁊
designāt illos qui timēt deū
mundum dyabolū et carnem.
Unum oculū dirigunt ad deū
recte viuendo et quomodo de
beant sibi placere. Secundū
ad mundum quomodo debe-
ant eum fugere. Tertium ad
dyabolum quō debeant con-
tra eum stare. Quartū ad car
nem quomodo debeant eū ca
stigare. In europa sunt homi
nes formosi sed capite ⁊ collo
gruīo cū rostris. Isti designāt
iudices qui debēt habere ad
modum gruis collum longū
vt prius prudenter cogitēt in
corde que per sentētiam pro-
feranda sūt in ore. Si sic essēt
omnes iudices: non tam ⁊ tot

male essent sententie.

¶ De medicina spirtuali Capitulum. clxxvi.

Quidaȝ puer erat natus ab vmbilico et sursū diuisus ita ꝙ haberet duo capita et duo pectora. et q̄libet proprios sēsus ita ꝙ vno dormiente vl' edente alter nō dormiebat. Postq̄ȝ per duos ānos vixissent mortuus est alter altero in tertium diem superuiuente. Item sicut dicit Plini⁹ Erat quedam arbor in india cuius flores dulcē habēt odorem et fructus saporem. Iuxta cuius situm manebat quidam serpens qui iacorlus vocabatur qui odorem arboris multū odit. Et ideo vt flores et fructus destrueret: ad radicem arboris veniēs illam intoxicauit. Quod videns ortulanus illius patrie tyriacā accepit et in quadā virge sūmitate ad ramos arboris illius supremos infudit. que cito venenū expulit a radice infecta et arborem sterileȝ fructificare fecit.

¶ Moralisatio.

¶ Carissimi. Per istum puerum intelligi pōt quilibet homo qui constituitur ex duob⁹ scȝ corpore et anima. et quelibet pars sua ꝑpria habȝ opera. Gal'. ij. Opera carnis sunt immundicia. fornicatio. luxuria. ydolorum seruitus. Opera anime gaudium et pax in spiritusancto. patientia. longanimitas ⁊ huiusmodi. Ista opera sibi inuicem aduersantur. vna dormiente vel comedente: altera cōtrarium semper facit. quia caro concupiscit aduersus spiritum: quando eni anima quiescit ab operibus que sua sunt: tunc caro non quiescit. immo sollicita ē circa opera sua mala et peruersa. et sic vna pars est mortua altera viua. quia caro facit opera mortis. anima concupiscit opera vite. per istam arborem intelligi potest homo. fructus huius arboris sūt bona opera. Unde math. v. A fructibus eorum cognoscetis eos. Fructus dulces protulit hec arbor ante peccatum. sicut dicit sapiens. Flores mei fruct⁹ honoris et honestatis. Hos fructus serpens antiquus sustinere non potuit: sed venenū imposuit in radice dum peccatum posuit in primo parente. tunc sic infecta fuit arbor ista ꝙ fructū dulcem ferre nō potuit. quia per opera quantumcunq; meritoria homo celum ingredi nō potuit. sed ad multa annorum milia tanq; exul ab hereditate vera profugus ⁊ propulsus exultauit

donec sapiens esculan⁹ id est pater celestis tyriacam infu= dit in vna virga huius arbor; hec virga est beata virgo ma= ria. de qua dr in Isa. Egredie tur virga de radice iesse. Ite; virgilius in. ij. bucolico;. Iā redit et virgo redeunt satur= nia regna. Iam noua ꝓgeni= es celo demittit alto. Tu mo do nascenti puero quo ferrea primū Desinet: ⁊ toto surget gens aurea mūdo. In hac vir ga posita erat tyriaca qñ fi= lius dei a patre missus est in vterū virginis cooperante spū= sancto: ⁊ quādo de virgine na tus est xp̄s. arbor infecta per medicinā huius salutifere ty riace dulcedinē suam pristina; recuperauit. De qua oībus pe= nitentibus affluenter dat et non improperat. vt in Isa. lv. Oēs sitientes venite ⁊c.

Ⅽ De persecutione. Capitulum. clxxviij.

REx assuerus grande cō= uiuiū cūctis ꝑncipibus ⁊ populis regni sui fecit. vt de hester. i. Ad epulas reginam vasti introduci iusserat vt po pulus eius pulchritudinē vi= deret: quā intrare renitente; rex regno priuauit. hester pro ea i sceptro sublimauit. Post hec rex q̄ndam aman sup re= gnū exaltauit ⁊ cunctos prin= cipes ei subiugauit. Cum au tē cepissent oēs genu curua= re solus mardocheus patru⁹ regine noluit eū adorare. Vñ indignatus disposuit eum cū omi progenie sua neci trade= re. cum regis sigillo decreuit oēs iudeos in regno assueri extermiare altūq; erexit ecu= leū in quo voluit suspendere mardocheū. Interea duo vo= lebant regem occidere quos mardocheus accusauit et ꝓ= ditos iussit rex perdere. mar= docheū purpura indui et co= ram imponi ⁊ regio equo per ciuitatē duci. Aman cū mili= tibus p̄ire et laudes ei conci= nere. hoc facto mardocheus regine dicit ꝙ amā eam cum omni populo .s. parētela sua morti addixit que oīni popu= lo ieiuniū indixit. se cū eis ie= iuniis ⁊ orōib⁹ affligit. Quo peracto conuiuiū instituit re= gē inuitans. Aman quoq; ad esse iussit inter epulas: regem pro sui populiq; vita rogauit se et oēs suos ab amā dānā= tos narrauit. quē rex furore repletus iussit suspendi in eo dē eculeo quē ipse p̄parauerat mardocheo. Porro ipsum mardocheū ꝑncipē ꝯstituit q̄ omnē cognationē amā ꝑdidit sed deo disponēte ppl's inno= cens est liberatus ⁊ semen ne quā funditus exterminatum

Ⅽ Applicatio.

¶ Carissimi. Iste rex est dñs nr̄ iesus xp̄s q̄ de radice iesse surrexit. Hic p̄ncipib⁹ et pp̄lis regni cōuiuiū fecit: q2 plurib⁹ orbis p̄ncipibus ⁊ fidelib⁹ regni corpus suū ⁊ sacrā scripturā in epulas dedit. Reginam vasti coronatā ad cōuiuiū vocauit: q2 synagogā lege ⁊ p̄phis redimitā ad celestes epulas inuitauit. Que renuēs regno priuat. Hester captiua in solio eius locat: q2 iudea incredula de regno xp̄i eijcit. ⁊ etiā de gentibus a dyabolo captiua in thalamū regis consors celestis regni ducit. Aman q̄ a rege exaltatur est iudaicus populus qui a deo in regno ⁊ sacerdotio ac diuino cultu sublimatur q̄ querit regine p̄geniem extirpare: q2 iudaicus populus querit ecclesie sp̄m exterminare. Aman quoq2 eculeū mardocheo erexit. in eūdem eculeum ip̄e suspēditur: q2 diabolus in crucis patibulo comprehenditur. Duo qui contra regē coniurauerūt: sūt duo infideles populi. s. iudaicus et gentilis: qui xp̄m occidi ɔsiliū dederunt quos mardocheus accusat: q2 xp̄ian⁹ populus opa eorū improbat. illi a rege necāt ⁊ isti a xp̄o dānantur. mardocheus purpura et corona vestitur. Equo regio per ciuitatē ducit: q2 xp̄ianus pp̄ls a doctoribus per mundū totum colit. ordo nāq2 equus xp̄i regis ē. in quo ipse p orbē vehitur. Aman cū militibus laudes ei consonāt q2 iudaicus populus cū gentibus velit nolit xp̄iani preconia p̄pria celebrat. Regina regē ad cōuiuiū vocat: q2 ecclesia xp̄m ad solēnia sui corporis inuitat. Aman etiā adesse iubet: q2 fideli pp̄lo suas epulas p̄dicando p̄bet. Amā quoq2 q̄ mardocheo eculeū erigit est antixp̄s q̄ pp̄lo p fidē minatur mortis suppliciū. q̄ eodē eculeo suspendit: ⁊ ipse mortꝫ supplicio interimit. Mardocheus p̄nceps a rege p̄ficitur q2 fidelis pp̄ls pacto iudicio sup oīa bona dñi sui cōstituit. Semen neq2 exterminatur: q2 tunc gñatio maloꝝ dānatur: pp̄ls aūt regine liberat ⁊ tristicia eius in gaudiū cōmutatur: q2 generatio rectoꝝ benedicetur. leticia et exultatiōe perfruetur.

¶ De oīꝫ diuitiaꝝ matre p̄uidētia. Capi. clxxviij.

Quidaꝫ rex desiderabat scire quō seip̄m et imperiū deberet regere vocauit ad se vnū q̄ alios in sapientia excellebat et ait ei. Carissime trade michi formam meip̄m et imperium regendi. Et ille.

Dñe libent. Statim fecit in pa
riete regē depingi coronā ha=
bentem in capite sub ista for=
ma. Erat in solio positus qui
dam rex purpura indutus in
manu leua pilā. in dextra por
tat sceptrū: et vltra caput lu=
cernam ardentē. A parte sini
stra regina q̄dā formosa erat
coronata et veste deaurata va
rietate amicta. Ex alia parte
erant assessores in cathedra
sedentes cum libro apto. An=
te se sub rege miles quidaʒ q̄
in equo sedebat: armis deco=
ratus habens galeam in ca=
pite: hastā in dextra: clipeo ꝓ
tectus in leua: ensē in dextra:
loricaʒ in corpore: fibulas in
pectore: ocreas ferreas in ti=
bia: calcaria i pedibus: ferre=
as cyrothecas in manibus:
equū doctū ad prelium cum
phaleratibus. Sub rege erāt
depicti vicarij vnus sicut mi=
les positus in equo cū clami
de et caputio: pelles varie vir
gam extensam gerens in dex=
tra manu. Itē populares sub
vicarijs quoꝝ erat forma ta
lis. Homo in humana specie
factus habens in manu dex=
tra ligonē quo terra foditur.
in sinistra virgaʒ qua grex ar=
mētoꝝ dirigit. In cingulo fal
cem cum qua segetes metun
tur et vineaꝝ et arborū supflua
prescindūtur. In dextro late=
re regis faber ante militē de=
pictus. huius fabri forma fu
it q̄ in forma hoīs malleuʒ
gessit in dextra. in leua habu
it dolabrum. in cingulo gessit
trullam cementariam. Item
ante populares homo qui in
dextra forpicem habuit: in le
ua gladiū magnū et altum: in
cingulo pugillareʒ / id est vas
scriptorū cum incausto super
aureʒ dextrā portans pennā
ad scribendū. Item ante po=
pulares erat quidam homo
depictus habens in dextra li
bram cum pōdere in leua ges=
sit vlnaʒ: in cingulo gessit bur
sam cum varia moneta. Iteʒ
ante reginam erant medici et
pigmentarij sub hac forma.
Homo erat positus in cathe=
dra magistrali posito libro in
manu dextra. vrseo et pixide
in sinistra. In cingulo habēs
ferramenta vlcerum et vulne=
rū. Item iuxta eum homo sic
formatus. Homo tenens ma
num dextram erectam ad in=
uitandū transeūtes ꝓ hospi=
cio. Leuā tenens plenā pane
pulchro et desup vas cum vi=
no. in cingulo tenens claues.
Itē in sinistra parte ante mili
tē homo erat huius forme. s.
in manu dextra habens cla=
ues magnas. in leua habens
vlnā. in cingulo habens bur=
sam cum denarijs. Iteʒ ante

regem erat homo hñs capillos hispidos et distortos. in dextera manu modicā pecuniā. in leua hñs tres taxillos. In cingulo hñs pixidem litteris plenā. Rex cum istā picturā vidisset tñ in ea studuit q̄ sapientiā magnā inuenit.

Expositio.

Carissimi. Rex iste debꝫ esse quilibet bonus xp̄ianus et precipue p̄nceps vl' prelatus q2 vterq3 eoꝝ debet esse in solio positus purpura indutus que figurat v̄tutē gr̄e ꝛ moꝝ pulchritudinē quibus mens et aīa xp̄iana ornari debet et precipue principis siue prelati quasi habitib9 virtutū pre subditis omnibus vt corpus eius reluceat aureis vestib9. Coronā habēs in capite. que ostendit in rege regiā dignitatē que est glīa ppl'i. quia subditoꝝ oīm oculi in eū dirigunt ꝛ sibi obediunt. In manu leua defert pilam q̄ ostēdit regē esse administratorē et ꝓuisorē oīm subditorū. in dextra manu habens sceptrū ostendēs eius iusticiā ꝛ rigorē. quibus malos coerceat quos amor virtutis a malo nō refrenat. ꝛ vltra caput regis lucerna lucēs. q̄ designat regis misericordia. Item regina a pte sinistra designat caritatē q̄ est formosa in aīa. Unde Mulier sub rege iesu xp̄o dꝫ eē verecūda et pudica. Scd̄o debꝫ esse casta et honesta. Tertio debet esse sapiens ꝛ discreta ꝛ verbis et moribus modesta. Itē assessores .i. iudices in cathedra isti sunt prelati ꝛ predicatores qui debent mādata dñi custodire libros/id est sacrā scripturā aperire populo. miles est bonus xp̄ianus. qui debet armari bonis virtutibus. miles accingēdus balneat' vt nouam vitam ducat. Item in oratōe pernoctat petens sibi diuinitus gratiā implere qđ non pōt p natura m. Sic et bonus xp̄ianus. miles vero debet balneari aqua cōfessiōis et sepius effundere ꝓ gratia. multa quidē sunt necessaria militi. Primo requiritur vt miles sit sapiens: sic et xp̄ianus vt addiscat sapiētiam contra dyabolū. Scd̄o incūbit militi vt sit fidelis domino suo. sic xp̄ianus dño suo iesu christo. Tertio miles debet esse liberalis. sic xp̄ianus datiuus. Quarto miles debꝫ esse fortis. sic christianus contra vicia. Quinto miles debꝫ esse misericors. sic christianus. Sexto miles debet populares vigilanter custodire sic christianus debꝫ verbo exemplo et ope alios in xp̄ū p̄t a peccatꝫ custodire. ꝛ p̄cipue

prelati. Itē vicarij ⁊ vinus miles posit⁹ in equo ⁊c. Miles iste est iudex qui debꝫ poni in equo iusticie et clamide mie ⁊ caputio cum pellibus variis Per capuciū fidem cū multꝭ autoritatibus sanctorū et exemplis patrū in iudicijs dan dis virgam extēsam .s. tā pau peri q̄ʒ diviti. Itē populares ante iudicē. ⁊ homo in specie humana factus ⁊c. Ad q̄ tria reducit̄ oīs agricultura. Legitur ꝙ primus agricola fuit Cayn p̄mogenitus Ade. Necesse autē fuit hoīem terram colere vt ipsa que est mat nostra et corporalis forme commune initiū: ⁊ que nobis in fine vite cōe prebet domiciliūꝫ in medio vite nostre de nostro labore nobis p̄beat nutrimētū Agricola multa bōa debꝫ in se tenere. Primo debet deū cognoscere ⁊ decimā dare qui oīa sibi dedit. Scd̄o debet legalitatē tenere ⁊ personā dn̄i sui gerat ⁊ res eius plus q̄ꝫ ꝓprias custodiat. Tertio debēt agricole mortē non timere sed vitam diligere. Quarto debet laborare ocia dimittere. Tria sunt opa agricole ꝓpria. Primū est agros colere: ideo in manu dextra fert ligonem pro terra fodienda. Secundū est armenta nutrire iō tenet virgā ad aīalia dirigenda qꝛ debet esse pastor nō tā arte sed virtute. sicut abel p̄mus pastor offerens deo primitias de optimo qd̄ habuit in grege. Tertio ꝑtinet ad eū virgulta mūdare. arbores inserere. vineas plātare. sic bonus x̄pianus debꝫ esse virtuosus. opa meritoria deo offerre virgulta cordiū pctōꝝ per bonā doctrinā mūdare arbores id est bonas virtutes inserere et vineas predicatōis divine plātare. In cingulo falcē .i. sententiā in corde rectā sciam atqꝫ prudentiā q̄bus debet mūdare vicia. ⁊ faber āte militē cū malleo in dextra. per quē notant̄ oēs qui fabricāt malleo ferrū argentū et es. In leua dolabrū quo notātur oēs artifices in lignis opantes vt nauiū rectores ⁊ carpentarij In cingulo gerit trullā p quā oīs lapicide notant̄. In omnibus istis dn̄t esse tria. Primū est fidelitas et legalitas. Scd̄o debet esse in eis sapia ⁊ veritas ne vn⁹ alteri invideat vel contra eū suspitionē hēat Tertio debet in eis esse ⁊ maxime in naucleris fortitudo ⁊ concussa. Itē homo in dextera tenēs forpicē. In leua gladiū i cingulo pugillarē p quā notant̄ oīs notarij in panno ⁊ lana ⁊ lino operātes. vt sunt textores pānoꝝ scissores. do-

leatores ꝛ pēnā et pugillarez
per quas oēs notarij notanť.
quorū officiū est iudici assiste
re instrumēta scribere et mul=
ta legere. Ad hos oēs triplex
veritas vite ptinet / scz contra
oē pctm̄. Primo cōtra affatuz
locutiōis ne sint mēdaces ver
bo et opere. Scdo vt habeāt
et seruēt iusticiā ad quēcunqꝫ.
Tertio vt habeāt morū hone
statē cōtra discordiā. fidelita=
tē cōtra fraudulentiā amiciti
am cōtra inuidiā. Item hō in
dextera gerit librā cū pōdere
p quā signanť cāpsores pecu=
niarū cōmutatores. In leua
gerit vlnā cū qua notanť pan
norū telarū vel aliarū rerum
mēsuratores. In cingulo quoqꝫ
gerit bursam cū varia mone=
ta p quam designanť diuersi
monetarij. Oēs isti debēt pri
mo auaritiā fugere q̄ est ydo=
lorum seruit⁹. Scdo etiā sum
mopere caueāt grauia debi=
ta contrahere. Tertio quidē de
bent depositū sibi cōmissū cū
repetitur sine omni mora red
dere. Item sub regina ponit
hō in cathedra magistrali cū
libro in dextra eius. In isto q̄
dem libro notať medici ꝛ etiā
phisici et oīm artiū liberaliū
doctores. oēs isti debēt ha=
bere primo diuersas curas p
pter diuersas egritudines et
auctoritates particulares p
eis. sicut ypocras. galienus ꝛ
sic de ceteris. In vrceo quidē
significantur apotecarij cōfe
ctores. Secūdo enim debent
caste viuere virtutē morum ꝛ
honestatis vbis et factis ha
bere. sepius egros visitare. sa
nitatē introducere. Tertio quī=
dem pigmentarij debent ha=
bere summā diligentiā in con
fessionibus faciendis. Itē hō
manū dexterā extensā habet
ad inuitandū ꝛc. q̄ signat oīs
bona hospitū apud eos repo
sita salua sicut et in tuto. Hi
enī primo debēt vitare gulaz
et ebrietatē vt eorū exemplo
omnes ad eos venientes vite
seruēt modestiā. Scdo autem
debent exhibere hospitib⁹ cū
inuitatione benigna ꝛ allocu=
tione blanda ꝛ faceta recepti
ones hospituz. Tertio quoqꝫ
quia faciunt ipsum formosuz
hospitez primo quos recepit
hospitio debet deviaruz picu
lis docere. Secūdo euntes de
hospicio suo cōducere in aliā
domū. Et tertio extra domuz
vitam et famā eorum cum oī
bus rebus vt propriaz defen=
dere. Itē in sinistra parte ho=
mo habēs claues magnas ꝛc.
Quibus figurantur custodes
ciuitatis. In leua quidem ha
bens vlnā quibus designanť
officiales ciuitatis siue cōmu
nitatis vt sunt prepositi. In

cingulo quidē notātur thelo-nearij. et oēs qui recipiunt pecuniam communitatis. Isti eñi debent esse zelatores communis boni. prouidi eñi et solliciti debent esse in cōsciencijs et deū timere et reuereri. Homo etiam habēs scapulos hispidos et distortos etc. in quo designantur prodigi rerum dilapidatores. In leua quoqz habens taxillos tres quibus lusores ostenduntur et meretricum concubitores In cingulo quidem habens pixidem litteris plenam. Per hunc enim hominem notantur cursores per mundum etc.

De gula et ebrietate. Capitulum.clxxix.

Refert cesari⁹ de detestabili vicio gule et ebrietatis. q gula solius corporis est immoderatus et illecebrosus edendi et bibendi appetitus Huius eñi filie sunt immūdicia. scurrilitas. inepta leticia multiloquiū. ebetatio sensuum circa intelligentiam. In gula enim sunt quiqz gradus peccandi. Prim⁹ quidaz gradus est cibos preciosos et delicatos exquirere. Secundus quoqz est ciphos curiose preparare. Tertius vero ante tēpus sumere. Quartus nimis auide. Quintus in nimia quātitate. Gula quidam primus homo / scilicet Adam victus in paradiso succubuit. Hec etiam Esau primogenita surripuit. Gula sodomitas ad peccatum maximū incitauit Ipsa etiam filios israel in deserto prostrauit: Psalmista. Adhuc esce eorū erant in ore ipsorum et ascēdit ira dei sup eos Iniquitas sodome fuit saturitas panis et abundantia Homo enim dei abdo / scilicet missus in Bethel propter cōmessationē a leone occiditur. Diues eñi de quo dicit ī euāgelio q epulabatur quotidie splendide in inferno sepelitur Nabusardan p̄nceps coquorum / id est gulā hierusalē destruxit. vides quanta sunt pericula in illa. Accedāt scripturarū testimonia. Ait eñi salomon. Ve terre cuius p̄ncipes mane comedūt. Item Omnis labor ei⁹ in ore hominis et aīa eius non replebitur. Huius filia est ebrietas. quia gule vicium luxuriā parit. pessima autem pestis est. Quid autē hoc vicio fetidius? Quid est eo dānosius quo virt⁹ atteritur victoria lāguescēre. sospita gloria in insaniā conuertitur aīmiqz pariter et corporis vires expugnantur. Quia dicit Basilius. Cum ventri deseruim⁹ et gutturi pecora sumus ac beluis similes esse studemus

quibus ad huiusmodi prona esse et terram respicere et ventri obedire natura concessit. Item Boetius de consolatione libro quarto. Qui virtute deserta homo esse desinit cum in naturam diuinam transire non possit restat vt in beluam conuertatur. Et in euangelio dominus. Uidete ne corda vestra grauentur in crapula et ebrietate. O quot et quanti sapientie mire solidique essent cō silij nisi edacitatis et vini calor obstitisset. Quam periculosum est patremfamilias rectoremque reipublice mero calere q̄ ira accenditur. discretio obfuscatur. luxuria excitatur intantū vt libido nephandis se immisceat actibus hominis discretione sopita. Unde dicit Ouidius. Uina parant animos veneri si plurima sumas. O pessimum vinum ebrietatis ex qua deperit virginitas que soror ē angelorum. possessio omnium bonorum et eternorum. securitas gaudiorum. Noe mero calens nudatus filijs verenda detexit. Loth castissimus nimio vino somno sopit⁹ in mōtem fugiens filias carnali copula vt vxores cognouit. Legimus mero sic ira succensos cum amicitia iuncti essent in tantū vt sobrij vnus pro alterius periculo se exponeret se inuicem gladijs peremisse. Herodes antipas sanctum iohannem non decollasset si crapule et ebrietatis conuiuium defuisset. Balthasar babilonie rex vita et regno non fuisset priuatus si ea nocte in qua Cyrus et Darius reges eum cū populo crapula sopitum occiderunt sobrius fuisset. Propter hoc apostolus nos ammonet de sobrietate cū dicit. Sobrij estote et vigilate. Rogem⁹ ergo dominum vt sobrietatem ita seruemus in terris vt ad celeste cōuiuiū inuitemur in celis. etc.

De fidelitate. Capitulum. clxxx.

Refert paulus longobardorum historiographus quendam Onulphum nomine papien. militē domino suo regi portatico tanta fidelitatis signa monstrasse vt se morti pro salute domini sui exponeret. Nam cum Grimmoaldus dux Beneuentanus per Genebaldum ducem Rauenensem primum proditorem corone regie interfecto Godoberto longobardorum rege ad regis tabernaculum per violentiam atque per fraudulentiam ascēdisset fugato dicti regis Godoberti germano vsque ad vngaros onulphus dictus miles portaticum recon

ciliare regi Grimmoaldo curauit vt de vngaria vbi nec ob timorem Grimmoaldi venire poterat saltē ad regis pedes veniam peteret: sicqȝ securā vitam sine dignitate regali q̄ sibi debebatur posset decēter carrere Recōciliatione igitur cōpleta grimmoald⁹ rex post aliquot dies linguis maledicis nimiū credulus ipsū portaticum quem sibi reconciliauerat in crastinū occidere disposuit. eiqȝ vina que inebriare possent ne sue saluti aliqualiter prouideret ministrari mādauit. q̄ res onulphū militē portatici minime latuit. idcqȝ accepto armigero suo. Onulphus domū intrauit portatici. ac ibidem armigero relicto in cubiculo ipsius portaticum cooperto lectisternio tanq̄ ꝓprium armigerū eduxit de domo cū minis iurgijs et verberibus eū deducēs ad domū ꝓpriā regis excubijs seu custodib⁹ ante domū portatici collocauit: et opinātib⁹ dictū armigerū. Onulphi eductū Eadem nocte circa gallicantum Onulphus dn̄m suū dilectū portaticū d̄ muro ciuitatis cui dom⁹ sua adherebat fune submisso emisit. q̄ accept⁹ equis pascualib⁹ fugiens ad ciuitatem. Astensem ꝑuenit et de loco illo ad regem francie ꝓperauit. Cūqȝ mane facto dict⁹ Onulphus et ei⁹ armiger fuissent a rege detenti: examinatiqȝ fuissent de modo et forma qualiter. Portaticū dn̄m suū liberassent: at illi respōdissēt simplicem veritatē. dixit rex cōsiliarijs suis Qua pena sūt illi digni q̄ sic fecerunt cōtra nostram regiā volūtatē Cūqȝ vn⁹ capitali supplicio eos puniri: alius vinos excoriandos diceret: alius occulto crucis patibulo pendere affirmaret Rex respōdit. Per illum q̄ me nasci fecit isti nulla morte sūt digni: sed oī honore q̄ sic fideles suo dn̄o extiterūt. Rex igitur grimmoaldus eos multis honoribus et munerib⁹ premiauit. Geribaldus vero ꝓditor et canimentiū dux per manū armigeri sui Godoberti quondam regis quē sua ꝓditiōe vita et regno priuauerat in solēni festo beati iohannis baptiste apud thaurinū miserabiliter sed iuste interfectus est.

Moralisatio.

Carissimi. Iste miles fidelis Onulphus bon⁹ xp̄ianus dicitur qui dn̄o suo regi portatico/id est anime in omī fidelis est laborādo/ vigilando/dormiendo et omnes act⁹ suos in seruitium dn̄i sui dirigendo: ita q̄ illud quod aīa ꝑ instinctū cuiuslibet boni ope=

ris ad salvationem exposnu-
lat corp⁹ toto conamie iuxta
decem preceptorū formā alia
q̄z mandata ecclesiastica sine
tedio impleat et pficiat. vt cū
mens interior ad vigilandum
et in orationibus persistendū
devote dño p peccatis recōci
liando supplicare satagit cor
pus exterius vt tedio nonvin
catur hoc opere perficere. ad
meritum clamat miles iste tā
ta fidelitatis signa dño suo ost
dit: vt se periculis p eo expo-
nat: quia (vt apostolus dicit)
Sācti martyres et alij xp̄o de
voti quidam p salvatiōe dñi
sui .i. anime tēptati sunt: quī-
dam secti sunt: quidā in occi-
sione gladij mortui sunt. insu
per et plurima tormentorum
genera de q̄bus in sacris scri-
ptuarū locis legimus. ad re
conciliandū dñm istum q̄ trās
gressum per peccatū mortale
fecerat grimmoalduz ducem
.i. iesum xp̄m accedunt: vt de
vngaria vbi nec ob timorem
grimmoaldi vivere poterat li
beraretur. Ungaria mundus
iste dicitur qui est miserijs et
tribulationib⁹ plenus in quo
anima periculose vagatur: et
de timore mortis extreme cō-
cutitur. Propterea miles / id
est corpus dñm suuz .i. animā
ad hunc ducem grimmoaldū
perducere de vngaria isti⁹ mū
di semper satagit et intendit.
vt saltem ad pedes regis per
humilitatē veniam obtineat
qui superbe sepius cōtra eū
se erigens iusticiam potius q̄
m̄iam meruerat. Sed reconci
liatione completa hō sepius
in peccatū recidivat intantū
q̄ grimoaldus rex q̄ paterno
iter et rex celestis est: portati-
cum qui est aia nostra i crasti-
num dānare disposuit per iu-
sticiam et equitatē. Sed m̄ia
superveniente quā rex hec mi
nime latuit. corpus .i. fidelem
militem ad penitentiā sub le
cto obedientie ꝛ satisfactiōis
occultavit donec grimoaldus
rex ꝛ pater celestis portatico
per murū tribulationis deduc
cto pctm̄ misericorditer dissi-
mulavit. Qui acceptis equis
pascualibus .i. aliorū sancto
rum et electorū meritis ad ci
vitatem ascensem pvenit. Ci-
vitas ista est de qua Joh̄. in
Apoc. dicit. Uidi civitatē san
ctam hierusalē novaz descen
dentem. ꝛc̄. Et de loco illo ad
regem francie pperavit. Frā
cia est illa sanctorum angelo
rum super celestium curia vbi
rex in dyademate sempiterne
glorie coronatus cum leticia
residet cum omnis gaudij ple
nitudine. sed cum mane facto
corpus et aia a peccato quod
cōmiserāt iā absolute ad indi

cium venerint et per dyabolū accusantur et examinatur de modo et forma. qualiter dñs id ē aīa liberata a penis mortis eterne ⁊ vinculis ei⁹. Tūc grimoaldus rex iudex viuorū et mortuorū a cōsiliarijs suis .i. iusticia vel equitate miseri cordia vel benignitate inuesti gabit qua pena tales digni sunt. Tunc iusticia ꝙ capitali sentētia plecti debeant. i. eter naliter dānari per peccatū cō missum affirmat. Ex alia par te dyaboli accusantes astabunt qui eos excoriādos per iusticiā iudicis proclamabūt Sed benignus dux (quia peccatum per confessionem et pe nitentie satisfactionem dele tum est) sententiabit eos ad vitam ingredi cum electis ꝓ pter nimiam fidelitatē quā vnus alteri ostendit et a mor te liberabit ⁊ dicet. Isti digni sunt omni honore qui sic fide les suo domino extiterunt: et coronabit eos corona glorie et leticie sēpiterne. Ad quā ⁊c.

De adulterio. Ca. clxxxi.

Legitur ꝙ quidā rex habuit leonem leenā ⁊ leopardū quos multum dilexit. Leo vero cū absens eēt leena cum leopardo adulterium cō misit. vt vero leo fetorē adulterij in ea nō sentiret solebat semꝑ se balneare in fonte iuxta castrū regis. Rex vero cum hoc sepius vidisset quadā vice cum leena adulterata fuisset foueā iussit claudi. Leo vero veniens ⁊ fetorem adulterij sentiens coram oībus eam tanꝙ iudex per sentētiam latam occidit.

Mystice.

Iste rex est pater celestis. Leo est dñs noster iesus. s. leo de tribu iuda. Sed leena est anima homis que sepe adulterat cum leopardo id est diabolo. que cum sic adulterata est currit ad confessionē ⁊ saluatur sed si descendit sine cō tritione et ꝯfessione vindictā leonis euadere nō pōt: sed eā per istam sententiā dānabit que omnibus reprobis dicet. Ite maledicti in ignem eternum ⁊c. A quo nos defēdat q̄ sine fine viuit et regnat deus per cūcta secula benedictus Amen.

Ex gestis romanorū cū pluribus applicatꝭ hystorijs de virtutibus ⁊ vicijs mystice ad intellectū transumptis recol lectorū finis. Ex parisꝰ Anno nostre salutis. M. ccccc. iij.


PHILIPPE PIGOVCHET

TAbula sequens presentis operis cõtinet duplicem numerum: quorum primus indicat numerum et ordinem capitulorũ in hoc libro sequentium titulis eorundem semper prepositis. Secundus vero numerus ostendit foliũ in quo capitulum quodlibet incipit.

¶Expliciūt due tabule siue
duo directoria cōtentoꝝ huiꝰ
libelli: p quarū p̄mā vnicuiqꝫ
capitulo pōt attribui debitꝰ
verus ꝛ ordinatꝰ titulꝰ cū nu
mero suo. Per scd̄am vero al=
phabetice ordinatā cito inue
niunt pulchra ꝛ plīma exēpla
q̄ sparsim i singulis capitulis
ꝛ in eorūdē expositionibꝰ siue
moralisationibꝰ continentur.

¶ Venduntur Parisius in vico divi Iaco=
bi ad intersigniū leonis argentei.



